



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Caput I. De Fide.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)



LIBER. SECUNDVS.

DE PRIMO DECALOGI PRÆCEPTO.

Vñsim Cole Deum.

Nisi in Deum per fidem credas, ipsum colere nequaquam potes: cultum autem ejusmodi educat Spes, firmatque Charitas; nam, prosperè, ut ordine procedamus, casus circa Fidem, Spem, Charitatem, antequàm ad præceptum Religionis de cultu Dei, quod primum est in Decalogo, veniamus, sunt breviter præmittendi.

C A U T P R I M U M.

De Fide.

IDES, quæ ex S. Thom. 2. 2. quest. 4. art. 1. aliisque Theologis, est Virtus Theologica, à Deo infusa, per quam summiter propter ipsius Dei auctoritatem assentimur iis, quæ à Deo revelata sunt, & ab Ecclesia proposita, quinque præcepta continet, tria priora affirmativa, atque adeo non obligantia ad semper, sed in quibuldam casibus, duo posteriora negativa, ac propterea obligantia semper, & ad semper. Iam de singulis.

§. 1. De primo, & secundo præcepto, id est, credendi, & sciendi certos articulos Fidei.

Hac de re egi dilucidè per occasionem in primo opusculo de expedienda Confessione, lib. 3. c. 5. §. 1. Id quod, ne lectorem meum ad alium locum exquirendum, cum molestia dimittam, hic repetere, aliqua tamen addendo, non orosum judico.

2. Aliud est quærere, quidnam credendum sit de necessitate salutis, seu medij, sipe quo scilicet aditus iustificationem, atque adeo salutem consequi non potest, aliud quid de necessitate præcepti tantum. De credendis ex necessitate medij sic habet perspicuè Sanchez, lib. 2. in dec. c. 3. n. 13. fin. In rigore non tenetur Confessarius penitentem instruere procurando, ut tunc addiscat, quæ credenda sunt, sed satisfaciendo proponendo illi, & explicando duo mysteria, Trinitatis & Incarnationis, ut ea explicite credat, & inducendo ad negligentiam dolorem, & emendatè propositum (si quæ in hoc fuit.) Hæc ille.

3. Tria hic insuper adverto. Primò, in bene moratis, vel confiteri solitis supponi posse se hæc mysteria credidisse, semel inquam, nam ex necessitate medij semel sufficit. Vide Sanchez, ibid. n. 18. & 24. lege item Arag. apud eundem Sanchez, ibid. cap. 1. n. 2. Benignius loquitur Castro Palau, tom. 1. 2. 4. disp. 1. p. 11. n. 5. & 7. dum de mysteriis credendis necessitate medij ait, sufficere ea implicite credere, credendo scilicet Deum potentem remittere peccata, & gratiam, gloriamque dare, atque adeo raros, vel nullos, ea ignorare.

Secundò, Rectè paulò ante dictum esse (si qua negligentia fuit) nam communiter puto vix, præsertim mortaliter gravem affuisse. Vel enim sunt poenitentes ex urbanis, & cultis, & supponuntur scire, vel ex rudibus, seu pueris, & supponuntur inculpabiliter non advertere ad tale onus. Ita Azor. & Vasquez, apud eundem Sanchez cap. 3. n. 30.

4. Tertiò, Ab aliquibus hanc necessitatem salutis multò benignius explicari. Ita Turtianus de fide, disp. 27. dub. 4. citans Vasquez, Sà mox citandus. Coninch, de

fide, disp. 14. dist. 9. num. 165. vide etiam Dianam p. 3. tract. 5. resol. 46. & 48. Instat omnium sit Emmanuel Sà, v. Fides, qui sic habet: Necessè explicite credere Fidei mysteria, quæ publice in Ecclesia celebrantur, sentiunt multi cum D. Thoma, alij excusant multos ignorantia, præsertim, cum deest, qui doceat, sufficereque in illis cum Baptismo credere, quod credit Ecclesia. Quam opinionem, & si adhuc silebam improbare, nunc non ausim. Quid enim? Dicemusne peccare infinitam Christianorum, aliqui bonorum multitudinem, qui de mysterio etiam Trinitatis, & Incarnationis, vix quidquam rectè norunt, immò perverse sentiunt, si interroges? Potius crediderim condemnari istorum pastores ob negligentiam docendi hæc eadem. Hæc Sà.

5. Quod ad alterum caput, communior sententia est, quemlibet Christianorum teneri scire, & credere saltem quoad substantiam omnes articulos Symboli Apostolici (excipe Communionem Sanctorum, quæ intellectu difficilis est etiam pro doctis.) Additur etiam eodem modo Sacramentum Baptismi, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, itemque Decalogum. Ratio est, quia quilibet tenetur ea scire, quæ pertinent ad suum statum, & officium. Sanchez, loc. cit. n. 16. & 17.

6. Dixi primò (quoad substantiam) ut significarem necessè non esse memoriter ea callere. Ita Sanchez ibidem: (pisi forte sub culpa veniali ob textus id præcipientes. Lege Bonac. tom. 2. circa primum dec. præcept. disp. 3. q. 2. p. 2. num. 14. alios citantem.) si quidem satis est ea, quoad res ipsas scire, præsertim rusticis & rudibus, qui sipe dubio propter impotentiam excusandi sunt. Ita Sanchez ibidem, id. citato. Immo etiam hi rudes facile præsumunt possent scire quantum sufficit, Baptismum, Decalogum, adde & præcepta Ecclesiæ, eo ipso quod se Christianos baptizatos fatentur, & quo ad Confessiones accedunt, sacram Eucharistiam adorent, atque inter Christianos versentur cum aliquo timore peccandi. Lege Castro P. tom. 1. tract. 4. disp. 2. p. num. 7. Ratio est, quia hæc sunt signa, quod illa, quoad substantiam ab ipsis sentiantur.

7. Dixi secundò (quemlibet Christianum) nam Pastores, Confessarii, & Curati, & similes tenentur scire hæc cum aliqua majori explicatione, nam quilibet ex præcepto tenetur scire ea, quæ sui muneris sunt, prædictorum autem munus cum sit alios docere, explicatius illa scire oportebit. Sicuti etiam qui alia Sacramenta præter prædicta susceperunt, eadem, propter parem rationem scire tenentur.

Excusantur tamen communiter multi ex inadvertentia vel ignorantia; quis enim rusticum non excuset matrimonium inuentum, vel puerum confirmationem suscipientem, quando ad talia Sacramenta quamvis sine notitia ipsorum, bona tamen fide accedunt? Qui eorum curam gerunt minus excusabiles, sunt si non doceant.

Quando,

Dices, pone aliquem non posse vincere tentationem contra fidem, nisi eliciendo actum contrarium, tunc is jam obligabitur ad actum fidei. Respondeo, tunc etiam esset per accidens ratione subjecti sic affectus, vel certe ratione præcepti negativi, de fide non abnegando, non vero ratione præcepti positivi de actu credendi, de quo hic signanter cum omnibus Doctoribus agimus. Adde primo, hunc casum fore tam rarum, ut vix possit in moralem considerationem cadere. Adde secundò, quo modo fieri tentatus talem tentationem contra fidem non posse alius remediis, aliisque virtutum actibus vinci, sed solum actu contrario fidei? quis ei id revelavit? ergo jam apparet per tuam doctrinam scrupulos ingeri fidelibus, & nil præterea. Meam verò in simili approbat Castro Palau tom. 2. d. 1. de oratione, part. 8. num. 4. quò loquens de necessitate orationis, sic habet: *Nota te ab hac necessitate in supradictis casibus contingere excusari, quia obligationis inevitabiliter oblivisceris, cum nec cognoscas gravitatem tentationis, nec periculum, nec orationis necessitatem.* Sic Valentia, Lessius, Suarez.

17. Septimum tempus assignatur à Bañez, 2. 2. q. 13. artic. 1. dub. 2. quando id est gravis tentatio etiam in aliis materiis, tunc enim recurrendum est ad Deum, quod non potest fieri sine metu fidei circa ipsum Deum, ad quem confugi non potest, nisi illi credatur. Sed jam vides, ut superioribus dictum est, id esse ratione actus adjuncti.

18. Octavum denique tempus assignatur ab eodem Sanchez *ibidem*, cum primum fides alicui sufficienter proponitur, quia cum actus fidei sit de necessitate medii, non est ratio, cur quam primum non amplectatur. Sed hoc certe non negatur, ut num. 8. vidimus, cum id sit ex necessitate medii; At verò hic loquitur de necessitate præcepti dumtaxat.

19. Ex his duo illa numero 9. dicta facile colligis, & sapissime per accidens urgere præceptum de actu fidei, & rationabiliter pròinde præceptum per se, & directè exigens illum actum, impositum non fuisse.

S. II. De tertio Præcepto Fidei, illam exterius confutandis

1. **R**egula prima, Tunc solum fidem exterius confiteri sub mortali debes, quando exterior tua confessio necessaria est, vel ad Dei magnum honorem, vel ad animæ proximi salutem, vel ad tuam. Ita S. Th. 2. 2. q. 3. artic. 2. Suarez de fide conf. lib. 6. cap. 9. numero 3. alique allati à Bonacina circa primum Dec. præceptum d. 3. quæst. 2. p. 3. numero 3. & Layman lib. 2. tom. 1. cap. 11. num. 1. Ratio regulæ est, quia etiam & aliarum virtutum actus tunc sunt in præcepto, quando sunt necessarij ad finem charitatis erga Deum, erga proximum, erga se ipsum. Nota cum Valentia tom. 2. quæst. 2. illud (magnum) quia secus, semper teneris, cum semper aliquis honor simpliciter à Deo subtrahatur, te non confiteri.

2. Regula secunda. Quando non est necessaria, vel non utilis, quin potius tua exterior fidei professio perturbationem gigneret, peccabis eam exhibendo venialiter, vbi mortaliter juxta perturbationis mensuram. Ita Layman *ibidem*. alique. Ratio est, quia nisi fortè, (aut certe sapissime accidit) à bona fide, & inadvertentia exortendæ perturbationis excusarieris, temerè ageres, & imprudenter.

Ex his duabus regulis sunt omnes ferè particulares casus decidendi, quorum aliquot producam hic in gratiam lectoris, & solvam.

Primus Casus. De interrogato de sua Fide.

3. Quidam, evaginato gladio, multis in navi existentibus minatus est, ut dicerent, quinam ex ipsis Catholici essent; nam eos occidere omnino se velle jactabat. Nemo ex Catholicis suam fidem fassus est, & rectè ab ipsis factum esse Theologi pronuntiaverunt,

ita Tabiena verb. Fides, quæst. ultima, Sanchez in Dec. lib. 2. cap. numero 8. Bonacina loco citato, alique, quia nullus inde honor Christi Domini periclitabatur, & scorta ille, cum publicam auctoritatem non ageret, potius fuit illudendus, quam audiendus. E contra, Judice seu publica potestate interrogante Christianum de sua fide, tenetur is, etiam cum mortis periculo, fidem fateri; secus magnus Deo, & Christo Domino honor subtraheretur. Ita idem *ibidem*. At unde tantus subtraheretur honor? Respondeo. Id supponunt Doctores, & colligunt ex sensu Ecclesiæ primitivæ, quæ se in ejusmodi casu obligatam esse fidem fateri semper existimavit; & merito, quia verè magnus est Dei honor, quòd Christianus, coram Principibus hujus sæculi contra oblatrantibus, fidem suam fateatur. Præterea dum mortis, & periculo minis in publico, judicio Fides nequaquam cedit, mirum in modum ejus veritas confirmatur, atque in regnis radicem agit, quare si quando exterior ejus confessio urget, tunc certe urgere, multum est rationabile.

Atque hinc rectè colligit S. Thomas, si vir admodum gravis interrogetur etiam à privatis, verbi gratia, ab hæreticis, ipse autem si taceat, vel respondere effugiat, magnus aliquod populo scandalum oriri rationabiliter timeat, tacere non posse, quia in illis circumstantiis magnus Dei honor externam fidei confessionem exigit, ut supponit.

Secundus Casus. De interrogato, An sit Sacerdos, vel quid simile.

4. Si quis interrogetur ab hæretico, verbi gratia, Primo, esse Sacerdos, vel Monachus? Secundò, Audine Missam? tertio, abstinere à carnibus die veneris? Quarto, esse Papista? advertatque interrogatus has interrogationes apud interrogantem æquivalere huic, Esne Catholicus? obligatum fateri se esse talem? Respondeo, cum Doctoribus citat. si interrogans est privata persona, non obligari jam patet ex dictis. An, si sit persona publica, dico adhuc non obligari, sed scilicet, vel responsum eludere posse in tribus prioribus interrogationibus, obligari fateri se esse talem in quarta. Ratio est, quia in quarta illud (esse Papista) æquivalere illi (Esne Catholicus) in tribus prioribus non item; multi enim sunt Catholici, qui nec sunt Sacerdotes, nec abstinere à carnibus feria sexta, nec Missam audiunt, &c. An possint positivè respondere se non audivisse Missam, non esse Sacerdotem, &c. dicam mox §. 3. num. 9. sine.

Tertius Casus. De non obediens persecutoribus Fidei.

5. Eficat Tyrannus Chryistianos à suis regnis, vel quidam penas pecuniarias contra illos taxat, vel præcipit, ut certas vestes ferant in signum suæ Religionis, tenenturne ij abire in exilium, vel pœnam, solvere, vel illud ferre? Sic enim obediendo tenerentur prodere se, atque aded fateri se esse Christianos. Respondeo non teneri. Ratio est, quia ex una parte Tyrannus tunc injustè agit, & ex alia ad se se propalandum, nullo interrogante, nemo tenetur sic Sanchez *ibidem* d. 6. c. 4. n. 29. Excipe nisi fortè magnus Dei honor, vel spiritualis proximorum salus aliud requireret; id quod colligi ex dictis potest. Ita Castro P. tom. 1. tract. 4. de fide, diffin. 1. part. 15. num. 4. Propter eandem rationem teneris è contra te occultare, si sic crederes te in meliora tempora reservatum posse melius fidem promovere, ut rectè monet Castro P. mox cit. num. 3.

6. Quid autem, potestne Christianus fugere è regno, in quod timetur superventura persecutio contra fidem? Respondeo cum eadem exceptione, si ejus sis conditionis, ut te fugiente, periclitetur Dei honor, vel salus animarum, tuique muneris observantia, fugere non potes, secus potes, ut modo dictum est. Sic Sanchez, Becanus, Reg. Fill. alique apud Bonac. loco citato num. 9.

Quod si solum es utilis, non tamen necessarius, potes remanere, sed non obligaris. Quod si denique, re-
manendo turbas potius, quam rem Christianam pro-
moveres, peccare non fugiendo, propter malum quod
interdum excusandus. Ita Castro *ibid.* n. 3. *fin.*

Quartus Casus, De vidente sacra contempni.

Si advertas Turcam, vel infidelem militem, verbi
gratia, sacras imagines conculcare, Virgines sacras, &
templum profanare, tenebis, si potes, illos cohibere, etiam
si cum vite periculo te Christianum manifestare oportet.
Sic apud eundem Bonac. loco citato num. 13. Ratio
est, quia ita exposcit Dei honor, & vera fidei indemnitas,
ut potes, inquam; nam si tua prohibitio, seu conatus
non judicentur profuturi, non est caput, unde obligeris.

§ 111. De quarto Precepto Fidei, illam exterius
non negandi.

Connexum est hoc cum præcedente præcepto:
si enim exterius fides est confitenda, certe à
fidelium non erit exterius neganda; illud addit, quod
cum sit præceptum negativum, exposcit ut nunquam li-
ceat externis actibus negare, etiam si ceterum mente fi-
dem quis teneat; præceptum enim fidem exterius non
negandi est distinctum à præcepto nunquam negandi
interius, de quo in §. sequenti.

1. Regula universalis est hæc: Omnia illa verba, vel
actiones vitare ex hoc præcepto debemus, quæ sunt ex
se, & spectatis circumstantiis significativa interna dene-
gationis fidei, ut esset, v.g. dicere, non sum Catholicus.
Quæ verò non sunt absolute significativa internæ dene-
gationis, vel ex instituto particulari alicujus, vel per ac-
cidens, licet absolute teneamur vitare, ne demus anam
credendi aliis nos fidem negare, ex causa tamen licet
non vitare, quia tunc necessitas causæ excusabit. Ut,
v.g. uti communibus vestibus infidelium. Ratio regu-
læ, quæ ex casibus particularibus fiet clarior, est, quia
præceptum, de quo loquimur, prohibet ne exterius ne-
gemus fidem, fati id servatur per dictam regulam.

Primus Casus, De negante se esse Catholicum,
vel quid simile.

3. Certum est id licere nunquam, etiam si quis hæc,
hoc est, animo retinendi fidem, neget; siquidem id esset
absolute exterius negare. Quomodo verò aliquando ton-
gare possit, ut nomen hoc (Christianus, v.g.) apud
aliquas gentes non sit significativum religionis, sed na-
tionis, ut in India Occidentali contigisse testis est Bañez,
para. quest. 3. art. 2. d. 1. ubi nomine Christiani, intelli-
gebant Hispanum, idcirco tunc posset quis, sine morali
negare se esse Christianum, quia non negaret nisi se esse
Hispanum, quod esset leve mendacium, & si accede-
rent leges justæ equivocationis, nec mendacium quidem
esset.

Idem dic de negante se esse Sacerdotem, Clericum,
Monachum, se adville Missam, se abstinere acarnibus
die Veneris, & his similia; hoc enim esset negare statim
vel consuetudines, & actiones suas, non verò fidem.

Secundus Casus, De vidente vestibus seu signis infidelium.

4. Ut separemus certa ab incertis; certum est pri-
mo si vestis, vel signum sint distinctiva solius nationis,
v.g. Indi, vel Mauri, posse quemlibet iis uti, ut esset
vestis Turcarum oblonga, & galerum fascia alba turbi-
natum. Ita Sanch. *lib. 1. in Dec. c. 1. a. n. 16.* Ratio est, quia
id non est negare fidem, sed ad summum profiteri se esse
talis nationis.

5. Certum sit secundo, si sint distinctiva quidem
Religionis, sed solum ad finem politicum discernendi

quidnam sit talis Religionis, non verò ut signum institu-
tum ad confitendam illam falsam Religionem, certum,
inquam, sit, posse quemlibet iis uti, ut esset, verbi gratia,
pileus flavi coloris, quo Romæ utuntur Hebræi. Ita
Sánchez *ibid.* num. 92. Ratio est, quia omnibus cir-
cumstantiis attentis, illarum vestium usus non est si-
gnum falsæ Religionis, sed politica illius distinctionis
dumtaxat: id quod quamvis sit quedam simulatio, po-
test ex gravi causa excusari à culpa. Immo, si quis non
intendat se fingere Judæum, verbi gratia, vel Turcam,
sed solum dissimulare se Christianum esse in eo loco ac
tempore, quo fidem suam non tenetur propagare, vide-
tur excusandus etiam sine magna causa; utitur enim iure
suo, illas vestes ex se diffrentes induendo. Ita Layman.
lib. 2. tr. 1. c. 11. n. 7.

6. Certum sit tertio, in Comædiis ad repræsentan-
dum, in vexillis ad decipiendos hostes, in spectatori-
bus ad explotandos Turcarum apparatus, & in simili-
bus, licere uti communibus vestibus, & signis ipsorum;
ita Sanch. *ibid.* n. 22. & 23. quia id non est profiteri illo-
rum sectam, sed solum mores, & politica symbola exhi-
bere. Nam pari ratione Sacerdos, Clericus, Monachus
ut incolumis evadat iter agens per loca Infidelium, po-
test suas deponere, & Infidelium usuales vestes induere,
ut à fortiori ex dictis n. 3. *ine patet.* Hæc sint certa.

7. Illud remanet incertum: An liceat uti veste in-
stituta ad profitendam falsam sectam, verbi gratia, veste
Sacerdotali Turcarum, vel vexillo ubi sit depictus
Mahometus, vel falsum idolum. Negat Azor. *p. 1. lib. 8. c. ult. quest. 4.* & Sánchez *ibid.* n. 22. & 23. etiam gravi-
sima existente causa, quia in his apparat sectæ falsæ pro-
fessio; cum talia signa sint destinata ad exhibendum
cultum, vel obsequium auctori illius sectæ; Sed alii
merito, gravi existente causa, puta ad mortem vitan-
dam, & ad victoriam de Infidelibus reportandam, &c.
benignius loquuntur: Hanc professionem (ait Layman,
dist. lib. 2. tract. 1. cap. 11. numero 4.) & probabile fatetur
Castro *P. 1. tr. 4. disp. 1. p. 17. n. 7.* citatque Azorium, &
Coninch. *falsi cultus generatim loquendo non cogimur
agnoscere, cum etiam apud Christianos ejusmodi signa, puta
Mercurii, Veneris, &c. tanquam fabulosa, ornatus gratia,
adhibeantur. Idcirco non damnare milites nostros, si iis
tanquam indifferentibus infidelium causa in bello uterentur.*
Hæc Layman.

Tertius casus, De comedente carnes die vetito, ne depre-
hendantur Catholicum.

8. Catholici ne ut tales cognoscantur in hospitiiis
hæreticorum, non possunt comedere carnes die, v.g. Ve-
neris, nec Sacerdotes possunt negligere recitationem of-
ficii, si solum timeant parvum quandam irrisum hæ-
reticorum, ita Becanus apud Layman *c. num. 5.* quia hæc,
cum sit modica causa, superare non potest grave Eccle-
siæ præceptum; sed possunt si rationabiliter aliquid ma-
lum proportionatum ex gravioribus timeant. Ita Sanch.
num. 25. Layman *n. 5.* alique. Ratio hujus est, quia ex
una parte illa non sunt per se signa falsæ sectæ, cum ex
variis causis & Christiani soleant comedere carnes, &
Sacerdotes officium negligere; & ex alia, illud præ-
ceptum Ecclesiæ, ut cetera positiva præcepta, non colligat
gravi imminente periculo.

9. Hinc colligo aliquos nostros Missionantes inter
Turcas ob magnum bonum, quod sperabatur, ne depre-
henderentur, licet potuisse, (adderem libens & debuisse)
Missam non celebrare, nec audire die festo, quamvis
occulte, utcumque valuisse: id enim periculum, quod
regulariter dum agitur inter hostes imminet, exposcebat,
eventusque rem docuit; nam propter Missam, & alia si-
milia Sacerdotum propria ab infido famulo delati, ca-
ptivique facti Missionis fructu privati sunt.

10. Illud notat cum communi Layman, *l. c. num. 4.*
fas non esse Catholicis, qui occulte vivunt inter hære-
ticos; ob metum quarumcumque penarum cenam hære-
ticorum

ticorum sumere, quia ex circumstantiis personarum, loci, temporis, adiutorum, &c. determinatur ea cœna ad profitendum cultum hæreticæ Religionis. Merito quidem: sed id intelligo, aliquo vidente vel cum prædictis ceremoniis adiunctis: nam cæterum nullo adverte, & nihil referendo ad falsum cultum, nec carnes materialiter comedere nec est indifferens, nec ex peccatum. Ita Castro P. l. c. n. 10. Sanch. lib. 2. in Dec. c. 31. n. 7. Idem docere solemus de Idolothytis, hoc est, de carnibus sacrificatis idolo.

Quartus Casus, De ingrediente templum falsæ sectæ, ubi offerente, & similibus.

Thus adolere, adorare, genuflectere idolo, nunquam, quocunque metu mortis libere certum sit. Ita Layman lib. 2. tr. 1. c. 2. n. 3. & 4. Quid enim est profecti exterioris cultum idolorum, si hoc non est? Difficultas ergo solum superest de ingrediente Templum, seu Moschæas falsæ Religionis, de quæ conciones inibi audiente: posset enim id fieri ob finem indifferenter verbi gratia, curiositatis, vel observandi quid ibi fiat, ut confutetur, vel causa associandi Dominum infidelium, vel ob quid simile. Puto distinguendum esse, Si nullum sit tuium periculum deferendi fidem, nec scandalum aliorum, qui fortè tuo exemplo ad cultum idolo profitendum commoverentur, utique non esset saltem culpa mortalis, illuc accedere, & cum causa proportionata, ne venialis quidem. Ita Sanch. lib. 2. in Dec. c. 31. n. 8. Bonac. tom. 1. circa primum Decal. præc. d. 3. q. 2. p. 3. n. 27. sine; licet contrarium doceat Castro Pal. mox citandus n. 12. Ratio est, quia his conditionibus positus, non apparet, unde graviter delinqui possit. Et hoc fortasse concessit Eliseus Namanno, ut scilicet ad famulandum domino suo, ingrederetur in templum idoli, immò & genuflecteret, domino genuflectente, non quidem in gratiam idoli, sed in commoditatem Domini se innitentes super ipsum. Ita Sanch. lib. 2. in Dec. c. 4. n. 14. At verò, si ex circumstantiis appareat illum templi ingressum esse ad profitendam falsam sectam, nunquam licebit. Idem ibid. n. 25. quia (quidquid videatur in contrarium innuere. Azor. p. 1. lib. 8. c. 27. quest. 5.) sic esset intrinsecè malum, idque videtur declarasse Paulus V. apud Sanch. ibid. n. 27. Laym. ibid. n. 6. nam cum in dubium verteretur, An in Anglia liceret Catholicis ingredi hæreticorum templa, sic iubente Rege hæretico, liceret, inquam, cum protestatione, quod id facerent merè ad obediendum Civili Principi in re indifferente, qualis est materialis ingressus templi, Paulus V. doctissimique insuper viri censuerunt, nequaquam licere. Ratio potissima fuit, quia in iis circumstantiis non poterat præsumi juberi materiale prædictum ingressum, sed ingressum, ut signum profectum hæreticorum sectam, quam Rex ab omnibus excipi contendebat, & per illum ingressum tanquam per implicitum signum extorquebat.

12. Ex dictis solvitur ille casus, an Rex animo Catholicus, possit prædictas, similesque actiones exercere, ut nimirum sic, vel non irritet infideles subditos, expectetque aptius tempus ad eorum conversionem, vel facilius in cognitionem hæreticorum deveniat, quod inde illos punire & de regno ejicere possit, &c. solvitur, inquam, nam ut ex dictis constat potest eas exercere, quæ non sunt professiones falsæ sectæ, nec in aliorum scandalum sunt, ut comedere carnes diebus vetitis, induere vestes nationis, ingredi materialiter templa, &c. ac non potest adolere thus idolo, illi genuflectere, adorare, & similia ex se, & circumstantiis significativa falsi cultus: non enim sunt facienda mala, ut eveniant bona.

13. Solvitur secundò illud: An liceat matrimonium contrahere coram Parocho Hæreticorum; Non enim licet, quia esset testificatio, seu approbatio hæreticæ sectæ. Ita Coninch. de fide, d. 13. d. 3. n. 63. liceret tamen coram Magistratu civili, modò antea Catholico ritu matrimonium fuerit contractum, vel postea con-

traheretur. Ratio utriusque dicti est, quia ibi saltem implicitè approbatur secta. Ministri hæretici, hic sola recognitio politæ præcepti, per quam civis sit constet initium à Catholico, hinc matrimonium.

¶ I V. De quinto Præcepto, non negandi interius Fidem.

2. Duplici modo contra ad præceptum delinqui potest: primò negando, vel dubitando per deliberatam voluntatem de articulis fidei. Secundò amplectendo aliam sectam, paganisimam, v. g. vel judaismum, qui enim has amplectitur, veram fidem jam negat, & communi vocabulo infidelis vocatur, nam ille prior dicitur hæreticus, vel apostata à fide, vel schismaticus. De singulis ea quæ sunt necessaria breviter delibabimus.

De Hæretico, seu Hæresi.

Quid sit hæresis.

1. Est error hominis baptizati in intellectu voluntarius, contra aliquem fidem articulum cum pertinacia; Sanch. lib. 2. in Dec. c. 7. n. 1. alique nam si contra omnes, et Apostata, de quo paulò pòst.

Non ergo Carechumenus erit propriè hæreticus, saltem ad hoc, ut incurat penas ab Ecclesia statutas, quia is nondum suscepit baptismum, per quem, tanquam per januam ingreditur quis in Ecclesiam, ejusque sit subditus. Præterea non erit hæresis, factum, vel dictum exterius contra fidem, si non sit cum errore intellectus, nec si ejusmodi error sit sine pertinacia, qua nequaquam posita, merito ait S. Augustinus episc. 16. Errare quidem poterit, sed hæreticus non erit.

3. Dubii item in fide, hoc est qui deliberatè putant rem fidei dubiam esse, ut etiam qui opinativè solum assentiuntur rebus fidei, putantes articulum aliquem fidei esse solum probabilem, hæretici sunt, si quidem ad fidem requirunt, ut eorum articuli credantur ex Dei revelatione. Ita Sanch. ibid. n. 12. alique Dico (solum) nam ex vi alicujus rationis affirmare probabilem esse aliquem articulum, non est hæreticum, immò laudabile, modò tenas ex vi revelationis esse certum. Ita Castro P. tom. 1. tr. 4. d. 3. p. 2. n. 12.

Sed in quo consistit acta pertinacia. Dico non consistere in aliqua temporis mora, ut innuere videtur Sylvest. v. Hæresis, l. 9. 2. sed in electione deliberata voluntatis certa cognitione, quòd illud sit contra id, quod sentit Ecclesia: pertinax igitur eris, si doctrinam Ecclesie noscens, propriæ opinioni illi contrariæ adheres. Ex quo vides in momento temporis hæresis actum consummari posse, hæresis ex mora brevi posse conjici, fidem præsertim seniorum non consensisse cogitatione de hæresi admittenda, quod solum fortasse docere voluit Sylvest.

4. Qui verò errat contra fidem ex ignorantia falsa, vel affectata quomodocunque culpabili, per quam nescit illud in quo errat esse contra fidem, estne verè hæreticus: esse affirmat Sous, Lorca, alique apud Castro Pal. citat. num. 1. quia peccata ex ignorantia culpabili, & ex certa scientia sunt ejusdem speciei, v. g. idem specie peccatum committit, qui ex ignorantia culpabili, quòd hodie sit dies festus, non audit Sacrum, ac, si sciens esse diem festum, non tamen audit: Sed melius cum communione sententia negat Suarez, Azor. Coninch. Arag. Farinac. ipsæque Castro Palaus, hoc citans ibid. num. 1. (est in foro externo reputetur, ut hæreticus) quia ad hæresim non satis est qualibet culpa, ut accidit in aliis materiis, in quibus procedit doctrina Soti, sed requiritur præterea pertinacia, quæ certè non est in ignorante, de quo loquimur.

Hæresis alià interior, exterior alià.

5. Hæresis autem alià est merè interna quæ scilicet consummatur in ipso intellectu, nullo signo exterius dato. Alià externa, quæ exterius prodit per aliquam vo-

tem, vel nutum, etiam si nullus profusus sit, qui illum
videt, vel illum videat, & si quidem prodeat coram
iudice, dicitur hæresis publica, si verò nullo audiente,
vel paucis, puta duobus, vel tribus, dicitur externa
occulta.

Quod si quis solum exterius affuerit hæresi, sed
non habeat in mente errorem, verè non dicitur hæreti-
cus exterior, vocari tamen solet hæreticus purè exterior,
quia ipsi non creditur, si allegere interius non habe-
at errorem contra fidem, idè regulariter in foro exter-
no reputatur, & punitur ut verus hæreticus. Ita Castro
Palms tom. 1. r. 4. d. 3. p. 2. n. 16.

6. Illud hic nota, ad hæresim externam constituen-
dam requiri duas condiciones, ex Sanchez lib. 2. in Dec.
cap. 5. num. 7. Primò, ut signum, seu vox exterior proce-
dat ex affectu hæresis. Secundò, ut signum illud ex se, vel
ex aliis circumstantiis hæresim determinatè exprimat.
Eiusmodi sunt ipsa verba hæresim absolute, & non sub
alio, significanti: ejusmodi, ipsa facta propria hæreti-
corum, ut eorum cœna, similesque ceteroniar: ejusmodi
operum bona ipsorum, v. g. visitare infirmos, adire
Ecclesiam, & c. si ex circumstantiis colligatur fieri ab ali-
quo, ut se conformet falsæ scilicet illa præcipienti. Ita
Sanchez ibidem n. 8.

7. Quare qui, dum constituit suum peccatum,
dicit se non credidisse, vel loquens cum amico dicit,
se fuisse hæreticum, nunc verò non esse, vel dum scribit,
se fuisse hæreticum, vel legit, pronuntiat hæresim illam, quam
cum ipse habet interius, sed ipse tunc pronuntiat so-
lum ut hæresim aliorum, nihil ad se referendo, non erunt
hæretici exteriores, ex defectu nimirum prioris condi-
tionis.

8. Simili modo, si quis dum mente non credit,
moveat caput ex tali hæresi ad affectu, vel dicat solum:
Non est, vel etiam disputet, ita tamen, ut non appareat
ex tali disputatione ipsum confirmare velle hæresim, sed
solum disputandi causa illam hæresim proferre, immò si
quis non aperiat caput, v. g. Eucharistia, in quibus ap-
prehenditur potius id fuisse irreverentia signum, quam
hæreticitatis, & si quis comedit carnes die verito, v. g.
vel ducat duas uxores, vel reprobetur, & c. in simili-
bus circumstantiis, in quibus iusmodi actus habet appre-
henduntur fieri ob aliud, quam ob errorem contra fidem,
non erunt hæretici exteriores ex defectu posterioris condi-
tionis, quia nimirum hæc signa hæresim determinatè
non expriment, Ita Sanchez ibid. a. num. 8. Castro Pal.
ibid. 16. cit. alique apud Dianam p. 4. r. 4. ref. 294. Nam
licet, quicumque alius conceptus interior hominis per si-
milia determinata signa prodicens non dicitur saltem per-
fectè manifestatus, sed adhuc remansit in terminis con-
ceptus interioris, ita in conceptu hæresis. Non nego ejus-
modi signum imperfectum esse peccatum hæresis, & ap-
prehendum expresse in confessione, sed dico non esse hæ-
resim absolute, & perfectè externam, atque ad id per
hanc non incurrit censuras, penas, & reservationem im-
positas contra hæresim externam, quæ pœnæ, cum sint
occultæ, & restringendæ, requirunt non actum quemcum-
que externum, sed externum determinatè, & perfectè.

Ad secundam prædictam conditionem reduco, si quis
motus hæresi interna aliquid agat, quod sit veniale pec-
catum, v. g. comedit parum carnis die verito, animo se-
quendi hæreticorum sectam: aio enim hanc non fore per
illam externam confessionem hæreticam absolutè exter-
nam: Ita Sanchez ibid. n. 7. & n. 17. quia non completè ex-
primit per eam levem actionem errorem internum: pa-
ter; nam si quis illum in quacunque circumstantia vide-
ret eam levem actionem exhibere, non statim rationabi-
liter iudicare posset illum errare interius in fide.

§. V. De Hæreticorum penis.

1. Præmittendum est omnes pœnas contra hæreti-
cos ab Ecclesia constitutas intelligi esse contra
hæreticos externos, sive occultos, sive publicos, modo

in sequentibus explicando: nullam verò contra internos.
Id semel dixisse sufficiat, sed notetur diligenter. Ratio
est supra tacta, quia Ecclesia visibilis non iudicat de in-
ternis, sed de externis, qualis certè est hæresis foras pro-
diens, quamvis nullo præsentè.

Prima pœna. Excommunicatio.

2. Prima igitur pœna contra hæreticum externum est
excommunicatio lata sententiæ c. excomm. 3. & 2. c. ad
absoluti de her. Bulla Cœna, Summo Pontifici reservata.

3. Hic nota primò, Hæreticum, donec sit nominatim
declaratus excommunicatus, ex Sanchez lib. 2. in Dec. c. 9.
num. 3. Castro P. 1. r. 4. d. 4. p. 1. n. 5. non est ex vi excom-
municationis vitandum post Concilium Constantiensè
in extrag. Ad ex. and. Non ergo sufficit esse declara-
tum illum hæresim externam commisisse, sed insuper re-
quiritur alia declaratio, ipsum in excommunicationem
incidisse.

4. Nota secundò, ex eo quod hæreticus est excom-
municatus, consequenter eum incurritur cœna, quæ
excommunicationem comitantur.

5. Hinc fit ut si sit prius omnibus officiis, quibus
privat excommunicatio, non possit recipere Sacramenta,
nec ex se ministrare, non possit exercere actum ordinis,
privetur communibus suffragiis Ecclesiæ, & similibus,
quæ dicuntur in tractatu de excommunicatione. Verum,
quia nos hic agimus de pœnis propriis hæreticorum,
addere necesse est alias, quæ, licet non sint annexæ cœ-
teris excommunicationibus, comitantur tamen excom-
municationem contractam propter hæresim, quales sunt
irregularitas, infamia, privatio beneficiorum, aliæque,
quas jam subdimus.

Secunda pœna. Irregularitas.

6. Non hæreticum publicum, seu notorium per om-
nes incurrit irregularitatem, c. Nec si, §. item Samuel 2.
q. 7. c. Presbyter, de penis, d. 5. at occultum esse probabile
non incurrit. Ita Castro P. tom. 1. r. 4. d. 4. p. 4. contra
Suar. & Sanchez ibid. relos. Ratio est, quia jura, quæ hanc
pœnam imponunt, loquuntur de delicto notorio, & ex
alia parte irregularitas nulla contrahitur, nisi in casibus
jure expressis. Quid sit publicum, quid occultum, hac in
re, innui supra, §. 5. num. 5.

Tertia pœna. Infamia.

7. Nota ad hæresim perfectè contrahendam, debere hæ-
resim esse notoriam, vel notorietate facti, vel juris, hoc
est, vel ex se, vel ex sententiâ iudicis, cap. Infames, 6. q. 1.
cap. excommunicatus, de hæreticis, & alibi. Ita Sanchez
lib. 2. in Dec. c. 26. n. 1. Castro P. l. c. n. 4. alique. Ratio est,
quia infamia est præda opinio de alio circa plures: do-
nec igitur ad plures notitia delicti pervenerit, perfectè
non erit per commissum crimen, erit solum veluti in-
choata & crimini debita.

Quarta pœna. Privatio Beneficiorum, & Officiorum posses- sorum, & inhabilitas ad futura.

8. Certum est, durante hæresi, hæreticum non posse
admitti ad beneficia, officiaque publica, cum sit excom-
municatus, & subinde irregularis, unde si admittatur
collatio erit nulla, cum onere restituendi fructus ante
omnem sententiam: quia eos nullo titulo possidet, cap. Vt
commissi, §. privandi, de heret. in 6. §. statum, i. eodem. Ita
Sanchez lib. 2. in Decal. cap. 26. n. 4. Castro P. tom. 1. r. 4.
disp. 3. p. 5. num. 1.

9. At difficultas est primò, an quando hæresim re-
linquit, Ecclesiæque fuerit reconciliatus, possit ad illa
admitti sine nova dispensatione? Secundò, an statim
atque quò in hæresim labitur, privetur jure possessis?
Beneficiatus, v. g. hæreticus cogiturne ex se relinquere be-
ne

beneficium, fructusque restituere non possit expectare donec à iudice per sententiam compellatur? Tertio, an si reconciliatur, possit ea sententia contra illum fulminari, dictisque beneficiis privari, ob peccatum hæresis ante reconciliationem contractum?

10. Brevis noster more respondeo, sententiam de hisce tribus questionibus tum negativam, tum affirmativam esse, si recte explicetur, saltem probabilem. Ita Sanch. Castro P. loco citato, alique ab ipsis allati. Quare benigniorem volens quis eligere tunc potest, atque ad eam affirmare. Quoad primam, reconciliatum posse admitti, si hæresis occulta fuit, si enim publica, jam contractum irregularitatem, per quam non potest à beneficiis, sine dispensatione, admitti. Quoad secundam, hæreticum non obligari se spoliare nec beneficio, nec ejus fructibus ante sententiam, imò post illam non ex se, sed per executionem à iudice faciendam. Quoad tertiam, non posse reconciliatum, saltem eum, qui sponte ad fidem rediit, spoliari possit. Ratio horum est, quia non extant textus contrarium ita clare decedentes, ut non relinquamus has opiniones in sua probabilitate.

11. Nota secundo filios hæreticorum, eosque, qui hæreticis favent (qui sunt hi faventes dicam mox §. 6.) ad nullum beneficium Ecclesiasticum, vel officium publicum admitti posse, c. *Quicumque*, §. *Hæretici*, de *Hæreticis*, in 6. non tamen amittit beneficia, vel officia ante possessa. Ita Azor. p. 1. lib. 8. c. 13. §. 8. *Officia pœna*. Secundo, intelligi de filiis illegitimis, tum non legitimis, deque natis tum ante, tum post hæresim à patre commissam: denique de filiis solum usque ad secundum gradum per lineam paternam, per maternam verò usque ad primum duntaxat. *Ibidem*, & c. *statutum* 2. de *Hæreticis*, in 6. Joan. Andreas, alique in d. c.

12. Nota tertio, huc reduci aliam pœnam, quam alii h. occasione contrahunt, de qua sic habet textus: *Ad hæc quoscunque viros Ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi persistentium persequuntur hoc est, Hæreticorum vel credentium, receptorum, defensorum, fautorum eorum, dignitates, personatus, & quacunque alia Ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc, privamus totaliter acquisitis: volentes quod tales, & hæresis careant perpetuo, & si receperint illa scilicet, ad alia, vel similia nequaquam in posterum admittantur.*

Ubi adverte quinque. Primo, non includi nisi viros Ecclesiasticos, non ergo Sæculares. Secundo, non includi ea, quæ non sunt dignitates, vel personatus, vel beneficia. Tertio, preces debere esse efficaces, hoc est, ita, ut ex vi illarum obtentum fuerit beneficium. Quarto, duas hic esse pœnas, alteram privationem acquisitionum, alteram inhabilitatem ad futura: ad priorem incurrendam non requiritur te scivisse hæreticorum intercessionem, ad posteriorem requiritur ut clare patet ex textu; quæ duobus nescio, cur non distinxerit Castro Palau loco citato, n. 9. Quinto, cum textus non dicat hunc fore inhabilem, sed non esse admittendum ad futura beneficia, inclinat recte idem Doctor, inde colligi admissionem non fore invalidam, sed solum illicitam factam.

Quinta pœna. Non posse esse patrimum in Baptismo Catholico.

13. Iusta pœna, cum enim Patrini officium sit iudicantis veræ fidei filium instigare, non potest id ei competere, qui in his errat. Ita Sanch. lib. 2. in Dec. c. 9. n. 12. Intelligo autem dum est hæreticus, nam si sit perfectè reconciliatus, non video textum, unde illum excludere oporteat.

Posse Catholicum esse patrimum filii hæretici, si Baptismus ritu Catholico conferatur neque scandalum adsit, concedimus ultro, cum Sanch. *ibid.* quia nullo iure id interdicitur invenimus.

Sexta pœna. Non posse Hæreticum contrahere matrimonium cum Catholico.

14. Licet matrimonium fidelis cum hæretico sit va-

lidum ex Sanch. de *marim.* lib. 7. d. 72. n. 2. (quidquid aliud apud eundem *ibid.* n. 1. adversatur) quia nullibi in iure, ut irritum statuitur, est sacramentum, & quidem cum mortali culpa contractum cap. *non oportet* 18. q. 1. Ratio est, quia est ab Ecclesia merito prohibitum propter perversionis periculum, quod Catholico coniugi immineret. Id quod verum est, etiam si sit spes certa conversionis coniugis hæretici, quia adhuc præceptum est in suo robore, solumque id esset in causa, unde Pontifex Summus moveri facile posset ad dispensandum, Ita Sanch. de *mar.* lib. 7. d. 72. n. 4. Si ite contracto matrimonio contingat alterum ex conjugibus hæreticum fieri, qua ratione se fidelis gerere debeat, quidve iuris sit divertendi, agitur in tractatu de matrimonio, interim vide Sanch. lib. 10. de *mar.* diff. 15. præterea contra uxorem contra cum hæretico contrahentem, imposita est pœna amissionis dotis, expedita tamen sententia iudicis, ut notant item Sanch. lib. 2. in Dec. c. 17. n. 18. Castro Palau 1. tr. 4. d. 5. p. 13. n. 10.

Excepit Sanch. lib. 7. de *mar.* d. 72. n. 4. loca, in quibus hæretici nondum denunciati cum Catholicis permixti vivunt, ut in Gallia, Germania, Polonia, quia ibi ejusmodi matrimonium, ex recepta consuetudine ob bonum pacis Reipublicæ, adde, & propter difficultatem inveniri pares coniuges, toleratur.

15. Quoniam verò jus Ecclesiasticum cap. *Iudei* 28. q. 1. c. *fin.* de *conversis* infid. præcipit sobolem debere sequi conditionem parentis fidelis, id quod fundatur in iure divino, per quod incumbit parentibus cura educandi liberos in vera fide, idè inire pactum, ut aliqui filii nutriantur apud fidelem parentem, aliqui apud hæreticum, illicitum est, imò & impium. Ita Sanch. lib. de *matrim.* d. 72. n. 4.

Quare filius etiam triennio minor, qui aliàs apud Patrem esset educandus, apud matrem fidelem, nutriridebet, & major apud patrem fidelem quia ætatis, patriæque potestas ratio cedit favori fidei. Ita idem *ibidem*, d. 73. n. pp. ult.

Septima pœna. Confiscatio bonorum.

16. Innumerat hæc pœna habet difficultates, quas tribus regulis pro nostra præxi sufficientibus breviter concludam: doctrinas enim, limitationesque varias, præsertim ad forum externum facientes, apud Doctores citandos vide fuscè tractatas.

17. Regula prima. Omnia bona, quæ sunt hæretici, quando is in hæresim (utique externam) labitur, sunt confiscationi obnoxia. Ita Castro P. 1. d. 5. p. 2. n. 1. Nota singula.

Dicitur primo (omnia bona) ergo tum mobilia, tum immobilia bona, tum jura.

18. Dicitur secundo, (quæ sunt Hæretici) non ergo confiscantur quæ donaverat, (sed non in fraudem filii) nec ius patronatus, nec (quoad proprietatem) dona subiecta Majoratui, vel fideicommissio, nec crypteulism, nec bona quæcunque, si is, qui crimen hæresis committit, vel non est dominus prædictorum, vel ipso deficiente, sunt transmittenda ad alios, confiscantur verò quoad ususfructum. Ita *ibidem*, in d. diff. 5. *passim per totam*. Ratio est, quia tunc proprietates non est delinquentis, est verò ususfructus, præterea Doctores Sanch. Suar. Fañ. alique apud ipsum 1. 1. *praxis*, quest. 25. num. 13. & 143. sequiturque Castro Pal. cit. p. 4. n. 2. docent, jura, id est, ea, quæ debentur hæretico, si debeantur ex testamento, qualis est hæresitas, fideicommissum, legatum, non confiscari, quia ea solum transire possunt ad fiscum, quæ ad hæredes extraneos transmitti possunt; fiscus enim loco hæredis extranei succedit: si verò debeantur ex contractu, puta venditione, stipulatione, &c. confiscari, quia hæc transmitti queunt ad hæredes extraneos. Hæc autem idè Doctores docent, quia eorum, quæ debentur hæretico ex ultima Testatoris, voluntate, ipse Testator est veluti Dominus, & disponens non

non vnde ipse hæreticus, unde transmitti ad Fiscum Con-
trahitoris disponentis voluntatem, rationabiliter non
debet: ut et eorum; quæ ex contractu ipi hæretico de-
bentur, ipse est absolutus Dominus, & disponens, atque
liberè pendere ac alia sua bona: sunt confiscationi subje-
cti. Insuper delinquente per hæresim Patre, confiscatur
legitima, quæ eo mortuo debebatur filio, quia dum Pater
vivit, illa legitima bonorum Patris delinquentis est, non
filii, *l. Suis, de liberis & posthumis*, & eodem modo delin-
quente per similem hæresim filio, vivente Patre, non
confiscatur legitimam contra Patrem innocentem
conferuntur, sed contra legitimam contra Patrem innocentem
conferuntur, imò nec bona filii profecticia, nec adventicia, quoad
solum fructum, quia sumitur omnia hæc bona Patris sunt
bona filii delinquentis. Castro Pal. *d. diffus. 5.* sparsim per
voco. Bona vero Castrensia, vel quasi, & bona adventi-
cia, quoad proprietatem, confiscantur delinquente Mo-
do, quia hæc ipsius sunt. Denique (ut alia taceam) dos,
bona paraphernalia, arthæ, & quæcunque sunt uxoris
non publicis; viro facti hæretico, quia hæc sunt bona
uxoris innocentis, non viri delinquentis. Sic, Varin.
Sench. Valq. Azor. Bon. quos citat, sequiturque Castro
Pal. *diffus. 7. p. 11. num. 5.* Ex his cætera familia non dif-
ficulter intelliges.

19. Dicitur tertio; (Quando is peccatum hæresis committit) ut notetur omnia bona delinquentia à puncto commissi hæresis externæ esse subiecta fisco; Idem *p. 17. n. 1.* ita ut, etiamsi ea hæreticus vendat, v. g. vendidit, vel nulla sit, vel certè annullanda; *ibid. p. 19. n. 4.* et quavis talis delicti notitia ad iudices tarde perveniat, sententia contra hæreticum post multos annos feratur, tamen hæc sententia retrahitur, ac si pronuntiata esset eo puncto, quo delictum ante dictos annos commissum fuit.

10. Secunda Regula, *¶* Doctoribus, mox citandis. Sive dicamus talem hæreticum amittere dominium suum bonorum à puncto commissi criminis, sive non amittere, certum sit non obligari in conscientia ante sententiam de spoliare suis bonis, seu ea fisco tradere. Ratio hujus regulæ est, quia extra potestatem Legislatoris humani est possesse legem obligare delinquentem ad exequendum contra se ipsum poenam gravem, & acerbam; cum bono communi repugnare talis obligatio; est enim humane infirmitati contraria, multisque transgressionibus obnoxia. At gravissima poena est suæ substantiæ amittenda; quamquam executores constituere. Ex hac regula videtur, quantum juventur delinquentes, non solum in hæresi, sed etiam in aliis criminibus, quibus ipso facto annexa est poena confiscationis; possunt enim suo scrupulo retinere, & frui suis bonis, donec detur segretia declaratoria saltem criminis. Possunt item autem cum decollare sua eadem bona, & fisco non tradere, nec fiscus ante dictam sententiam potest sibi ea accipere, quia delinquentes adhuc jure possident. Solum possit fiscus ea sequestrare, & alicui custodiendi tradere, ne distrahantur. Possunt denique eadem alienare dando, vel vendendo, modo ea recipienti damnum venire non possit, quia licet ea alienatio annullanda veniat, tamen donec annulletur, valida est; sit igitur ex futura annullatione damnum proveniatur non sit recipienti, non est unde illicita censeri possit. Ita Sanchez lib. 2. in Dec. c. 22. n. 69. Facin. de hæresi q. 190. §. 5. n. 82. Bonacin. d. 3. de contr. q. 8. p. ultim. §. 30. 4. alique ab his citati.

21. Tertia Regula ex Doctoribus citatis, addg & Ca-
stro Pal. dist. 4. p. 18. n. 5. Post sententiam, licet possit de-
linquens ex bona intentione, paratus tradere, si exigerunt,
licet obligetur ea offerre, si manifestare fisco, tamen
non potest positive resistere ejus executioni. Ratio pos-
terioris partis regulæ est, quia post sententiam fiscus
acquirit perfectè dominium illorum bonorum. Ratio
prioris est, quia nimis durum esset obligare delinquentem
ad exequendum tantam penam contra se ipsum, quare
præsumitur jam lex concedere ea bona fruenda delin-
quenti, donec fiscus exigit. Quam legem sequitur Co-
var. Simancas. Azor. Molin. Sanch. Bonacin. Suar. Farin.

Part I.

ab eodem *ibid. cit.* Scio Castro Palauum *l.c.n.6.* contrarium nobis esse in hac piore parte regulæ, quia si delinquens (ait) amisit omnino dominium, & possessionem per sententiam, non poterit tuta conscientia ea retinere. Scio, inquam, hoc, sed ei sufficienter respondetur, ita quidem futurum fore, nisi lex, ut dictum est, concederet, concederetque, ne quid nimis acerbum, & extra humanas vires præcipere conuinceretur.

tes placere debemus. **22.** Atque ex hac regula fit primò, posse delinquentem ita iis bonis frui, non exigente fisco, ut postea fisco exigente non obstitur ad relatiendum consumptam quia, iudicium est, donec is non exigit, conceditur delinquenti suorum bonorum liber usus. Ita iudex. Fit secundò, non posse eundem delinquentem, iudex & ejus heredem, vel quicumque possessorum eorum bonorum, ex proposito, tunc, scilicet post sententiam, occultare, ne fiscus ea occupet, nec iudex possunt negare se ea habere, si à fisco interrogentur, nec tradere alteri clam conservanda, quia sic positive resisterent; ne fiscus jam exigens consequeretur ea bona, quæ per sententiam sua jam omnino sunt. Sic iudex.

Octava poena, Incapacitas testandi,
Suscipienda, &c.

23. Hæreticus est incapax testandi , cap. excommuni-
cames, p. s. c. v. cientes, de Hæreticis , quia cum ejus omnia
bona sint addicta fisco, intestabili additur. Insuper dum
dante hæresi ex multorum, sententia incapax est hære-
ditatis, successione, legati, donationis : ita Castro, Pal. d.
tract. 4. disp. §. p. 26. a num. 3, unde eam repudiare debet:
repudiat, succedunt iij, qui succedere debent ab inte-
stato. Est tamen etiam probabile esse quoniam capacem,
atque adeo non obligari ad eam repudiandam, sed potius ex-
pectare sententiam judicis. Ita Sanch. lib. 2. c. 1. num. 32.
alique apud ipsum, & apud Castro Palaum citatum n. 5.
Ratio est, quia Canones pro utraque explicari probabi-
liter possunt.

Dixi (durante hæresi) nam illa per veram pœnitentiam abjecta, tum in foro interno, tum externo, nœpi erit incapax. Ita iidem *ibid.* contra Vasquez p. 2. *disp.* 169. c. 3. *in princ.* quia hæc incapacitas non sequitur ad excommunicationem; sed sequitur præcisè ad hæresim, hæc ergo cessante, cessat & illa.

*Nona pœna. Exemptio Filiorum, amissio servorum,
& iurium, ceteraque pœna corporales.*

24. Filius eximitur à patria potestate , & servus à servitute Domini, Patre, vel Domino facto hæretico : & universaliter hæreticus amittit quodlibet jus , & obligationem sibi aliàs debitam, etiam ex vi juramenti : cum hoc discrimine, quòd filius eximitur statim à puncto hæresis paternæ, ita Sanch. lib. 2. cap. 24. num. 6. servus & cæteri obligati non nisi post sententiam. Ita Castro Pal. d. disp. 5. par. 2. num. 16. & 19. Hæc patent ex testibus à Doctoribus Simanca, Roja, Penã, Sanch. Suar. alisque à Castro P. d. tract. 4. d. 6. passim citatis, apud quos etiam invenies alias corporales pœnas, nempe fustigationis, exilij, carceris, mortis, &c. quibus solent , & debent hæretici condemnari, quæ & familia cum pertineant ad forum externum, non sunt hic à nobis necessario prolixius expendenda.

pena mortis *c. ad solvendum* 55. *c. illos quoque, de hereticis*, non esse eum qui in foro poenitentiae saepius in haeresim labitur, ex *Azor. t. 1. lib. 8. c. 14. q. 1.* sed qui, cum fuerit publice correctus, & emendatus, iterum labitur, vel in eandem haeresim, quam abjuravit, ut tenent Suarez, alique *disp. 23. de fide, sect. 2. n. 8.* vel ut putant Castro Palalique *de tract. 4. citat. disp. 6. p. 2. n. 13.* etiam in aliam quamcunque. Id juvat notasse, inter cetera, ut *scias*, quosnam, excludit Pontifex, quando concedit in *Compend. priv. Soc. Iesu. v. Absolutio, num. 6. & 7.* quendam

privilegia circa absolutionem hæretici, non verò hæretici relapsi. Notat verò Peña apud Suarez l. c. priorem opinionem in praxi nullum habere locum, quia, qui est publicè correptus, semper ex praxi tribunalium facit abjuratorem generalem omnium errorum, quam, si relabitur in quancunque hæresim, in abjuratam relabitur, atque adeò relapsus sine dubio erit.

§. VI. De Cooperantibus cum Hæreticis.

Credens, Raptor, Defensor, Fautor Hæreticorum.

1. **C**redens est ille qui assentitur erroribus hæreticis, ut si quis etiam nesciens errorem particularem, dicat se credere, quod Hæreticus credit: ita Suar. de off. d. 2.1. sect. 2. n. 9. & d. 2.4. de fide, sect. 1. n. 2. Sanchez l. c. in Dec. cap. 10. Pen. 2. p. Director. q. 50. comm. 75. Farin. de hæresi, q. 181. n. 104. Hic autem, quamvis, verè sit hæreticus, jam enim assentitur implicite errori contra fidem, unde, & incurrit eandem prædictas penas, tamen hic ad majorem expressionem ponitur sub nomine credentis.

2. Receptor est is, qui hæreticum causa hæresis, fugientem, quocunque in loco, vel modo recipiat, seu abscondat, modò sciat, illum ob hæresim fugere.

3. Defensor est, qui vel hæretici etiam mortui errorem, vel hæretici personam ob causam hæresis defendit, ut si rationes afferat in favorem erroris, vel errorem, seu errantem hæreticum laudet, vel si dolo, potentia, muneribus, aliæ arte impediatur, hæreticus capiatur, vel curet ut captus fugiat. Ita Sanchez. *ibid.* n. 17.

4. Fautor est, qui similiter in causa hæresis hæretico favet, vel commissione, vel omissione. Primo modo esset, si illum domi quis abscondat, auxilium præbeat, ut fugiat, processum falsificet, vel celestet, & similes, quamvis reducantur ad receptores, vel defensores, tamen majoris explicationis gratia etiam sub nomine fautoris designantur.

Secundo modo esset, si cum teneatur quis ex officio illum capere, indicare, punire; non capit, non indicat, non punit.

5. Dixi (ex officio) nam licet alii omnes non indicantes, & non capientes, cum possint, saltem quando ab Inquisitoribus id illis præcipitur, sub nomine fautorum comprehendantur, ex Pen. cit. q. 53. Sanchez. cit. n. 15. probabile tamen est in conscientia non esse ejusdem generis eos, qui ex iustitia ad illas actiones non obligantur. Sic Farin. q. 182. §. 2. n. 36. Emeric. 2. p. q. 52. n. 3. Castro P. t. 1. tr. 4. de fide, d. 3. c. 5. num. 1. Etro, v. g. quod homo privatus delinquit, si non denuntiet hæreticum, non est tamen fautor ex iniustitia: at officialis, seu, ut vocant, familiaris, putà Inquisitor si non puniat, cruce signatus si non denuntiet, erit fautor, quia ex officio, & iustitia ipsi incumbit magis hæreticos corrigi, quam incumbat privatis. Hos omnes præditos à numero primo, uno verbo, vocabimus deinceps faventes hæreticis.

6. Nota autem tria. Primò si ejusmodi actiones cedant qualem in favorem hæresis; sed non à te fiant ob favendam hæresim, sed ut amico, vel consanguineo favetas, non es censendus favens hæretico. Ita Sanchez cit. cap. 10. n. 5. contra Castro Palaum cit. num. 9. Ratio est, quia verè hic non favet hæretico, ut hæretico, sed ut subiecto alterius obligationis humanæ; & per accidens est, quod redundet in favorem hæresis. Si res sit dubia, an faveris ut amico, an non ut hæretico, vide *suprà*, lib. 1. cap. 3. §. 7. v. Hæreticus.

7. Secundò, si favor non habuit effectum: v. g. occultasti hæreticum in causa hæresis, ne caperetur, sed tamen captus est, eris censendus favens: Ita Castro Palaus *ibid.* n. 11. contra Bonacinam de censuris in particulari, disp. 1. q. 1. p. 3. n. 3. & Sanchez *ibid.* num. 9. Ratio est, quia ex parte tua posuisti totam protectionem; ergo absolutione favens fuisti, Fautor, & hic opinionem Sanchez,

& modò num. præcedente, opinionem Castro Palai saltem propter eorum auctoritatem esse probabiles.

8. Tertiò favor debet esse de vera hæresi, non verò de hæresi quomodocunque præsumpta: Ita Suar. disp. 24. de fide, sect. 1. num. 33. v. g. si faver quis excommunicato ob causam fidei non curanti per annum se ab illa abjici, qui certe præsumitur in foro externo hæreticus, faver, inquam, quis huic excommunicato, non erit in conscientia favens hæretico; quia verè is excommunicatus non est hæreticus. Idem dic de faventibus Maleficis, Veneficis, & similibus, quæ hæretici non sunt. Ita Sanchez. cit. num. 14.

Pæna faventium hæreticis.

Potissima pæna faventium hæreticis (utique etiam non denuntiatis in Bulla Cœnæ num. 1.) est excommunicatio lata Pontifici reservata. Quid si sic excommunicati denuntientur ab Ecclesia nominatim, ipsi verò per annum in ea inordinerint, ejus absolutionem non curantes, tunc incurrunt alias penas in jure latas, c. Excommunican. §. credentes, de hæresi. nempe infamiae, inhabilitatis ad officium, &c. quas vide apud citatos. Vide etiam aliqua huic facientia *suprà*, n. 15. & 16.

§. VII. De Libris Hæreticorum, & per occasionem de aliis libris prohibitis.

1. **E**xstant quatuor prohibitiones circa lectionem librorum.

Prima est in Bulla Cœnæ de libris hæreticorum hæresim continentibus, vel de Religione tractantibus, de quibus *infra*, latè.

2. Secunda est Sixti V. *Queli, & Terra*, qui sub excommunicatione lata sententia Summòque Pontifici reservata prohibet libros Astrologiæ Judiciariæ, seu divinationis de futuris contingentibus, liberis, additque in hunc modum: *Mandamus ut contra scienter legentes, aut retinentes, libros & scripta hujusmodi, Inquisitores procedant.*

3. Tertia Clementis VIII. in *Judic. prohib.* & apud Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 16. quæst. 14. lege item Merollam tom. 1. d. 2. cap. 2. coroll. 7. difficult. 4. num. 354. qui sub eadem excommunicatione lata; sed non reservata prohibet libros Hæresiarum, etiam non tractent de Religione, nec hæresim contineant, donec corrigantur: His addit libros eorum, qui sunt de hæresi suspecti, item Catholicorum, in quibus sunt aliquæ hæreses immixtæ, donec expurgentur: item Talmud, & alios libros Hebræorum, in quibus sit aliquid contra fidem, denique Alcoranum Basilææ impressum.

4. Quarta Pauli V. *Cum sicut accepimus: initio expurgati Hispania, impressi anno 1612. & Urbani VIII. Cum sicut accepimus: initio ejusmodi expurgatorii impressi 1632.* qui pro Regnis Hispaniæ prohibet omnes libros damnatos, vel reprobatos ab ipso Summo Pontifice, vel Generali Inquisitione Hispanica, idque sub censura Pontifici, vel dictæ Inquisitioni reservata, licet Merolla loc. cit. Azor. loco citato, q. 5. Bonacina de conf. in partic. d. quæst. 2. par. 4. num. 2. & Sanchez, lib. 2. in Dec. c. 10. num. 26. dicant, hanc excommunicationem non esse reservatam, quia scripserunt ante datas dictas constitutiones. Qui autem sint hi libri damnati, cum sint propè innumerabiles, cognosci poterunt ex ipso expurgatorio Hispanico, omnibus obvio.

5. Notat ex his rectè Bonacina loco citato, distinguere debere tres classes librorum. Primò libros hæreticorum hæresim continentem, vel de Religione tractantes, de quibus môx fusè. Secundò libros, vel scripta ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, qui prohibentur sub excommunicatione dicta num. 3. & pro Regnis Hispaniæ num. 4. Tertiò libros alios præter dictos, inter quos numerantur libri ex professo tractantes de rebus obfœcenis, quorum lectio non prohibetur sub censura, sed solum

librum sub mortali, & quos Episcopi legentes puniunt: Vide reg. 7. expurgatorii Hysp. impressi anno 1612. & reg. 6. & 7. expurgatorii Trid. per Joannem Mariam Breschollensem. Jam verò quamvis posthum hic non sit primam ex Bulla Cœnæ prohibitionem explicatam, tamen per occasionem non negligemus & alias.

Clausula Bullæ Cœnæ. De Libris Hæreticorum.

Excomunicamus hæreticorum libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes sine auctoritate nostra, & Sedis Apostolicæ scienter legentes, hæreticos, imprimentes seu quomodolibet defendentes ex quavis causa, publicè vel occultè quovis ingenio, vel colore.

Libros Hæreticorum Hæresim continentes, vel de Religione tractantes.

1. Literarum ex his sufficit ad totius libri prohibitionem; ita Castro Pal. tom. 1. tract. 4. d. 2. part. 10. §. 1. num. 7. sive scilicet sit liber Hæreticus, Hæresim etiam unam, eamque non ex professo continens; ita Bonacina de censur. particulari, d. 1. quest. 5. part. 4. num. 9. Cominch. disp. 28. de fide, dub. 11. num. 177. Sanchez, lib. 2. in Dec. cap. 10. numer. 33. si sit liber Hæreticus de Religione ex professo tractans, etiam si non appareat ibi hæresis; id enim clarè notat illud, & vel; semper tamen debet esse liber auctoris hæretici (licet nondum damnatus fuerit, ex Suarez disp. 2. de fide, sect. 2. numer. 11.) itaque certò; nam in dubio quilibet præsumitur bonus, & Catholicus. Tractabit autem de Religione, si libri argumentum erit Scripturæ sacræ declaratio, vel Theologia, sive scholastica, sive moralis questio, putà de mysterio Fidei, Dei, Sanctorumque cultu, de recta morum institutione: Ita Sanchez & Castro 8. ibid. Quid si primò liber agat de Deo, ut obiecto Metaphysicæ? quo pacto etiam Philosophi infideles de Deo agunt. Quid secundo, si agat de politica institutione, præcinctendo ab institutione morum? Puto in priore casu librum hic prohiberi, quia certè est de Religione; in posteriore propter contrariam rationem, non prohiberi.

8. Liber ergo non baptizatus, quamvis Cathæcumenus, vel Paganus, vel Hebræus etiam hæresim continens, vel de Religione tractans, sub hac prohibitionem non continetur: Ita Suarez d. 20. de fide, sect. 2. num. 11. fin.

Continetur verò liber Græcorum, vel Armenorum, qui sunt schismatici; atque adeò communiter hæretici, de suis ritibus tractans. Ita idem ibid. Contra Sanchez lib. 2. in Dec. c. 10. n. 27. Ratio est, quia ille non est liber hæreticus; & licet non contineat hæresim, de rebus tamen ad Religionem spectantibus tractat.

9. Pari modo libri Necromantiæ, Astrologiæ, Judiciorum, &c. hic non prohibentur, quia libri hæreticorum non sunt: si quidem Magi, &c. similes, ut sic non sunt hæretici: Ita Bonac. de cens. in p. d. 1. q. 2. punct. 4. num. 21. esto tales reputentur in foro externo ibid. n. 4. liber item Catholicus, qui vel propter Auctoris ignorantiam, vel propter malitiam alicujus, qui errorem ibi inseruit, vel quomodocumque hæresim, sive unam, sive multas, ex Sanchez ibid. Bonacina, ibid. num. 6. sive hæreticorum scholia, seu adnotationes copiosissimas habeat, ex Sanchez ibid. num. 25. non est hic prohibitus; & possent ex hoc capite legi, etiam ipsi errores copiosi. Ratio est, quia adhuc absolute liber Catholicus est, sicut Summa S. Thomæ, est ejus liber, licet copiosas annotationes inseruerit Caietanus. Liber denique à Catholico, & ab hæretico simul compositus, ex Merolla tom. 1. d. 1. cap. 2. coroll. 7. different. 10. num. 408. contra Suarium ab eodem citatum: & liber hæretici non continens hæresim, nec de Religione tractans, per se omnino distinctus ab alio tomo, de his tractante, ex Sanchez l. c. num. 36. Suarez l. c. num. 16. hic non prohibentur, quia

Part. I.

ille liber non est absolute liber hæretici, & hic tomo, qui diversus liber censetur, hæresim non continet. Dicitur autem semper (sub hac prohibitionem, vel hic) nam ceterum tunc in prædictis, tum in mox dicendis, resolvendum est adesse alias prohibitiones, quas modò innuimus d. n. 2. & declarabimus amplius infra, d. n. 47.

Tres supersunt difficultates. Prima est, an brevis scriptura, oratio, concio, disputatio, epistola typis impressa hæretici de Religione tractans, vel hæresim continens sub hac prohibitionem concludatur: Respondet, licet probabile sit cum Suario l. c. n. 10. concludi: probabile tamen etiam est cum Sanchez l. c. num. 29. aliisque apud Metollan loc. cit. different. 3. num. 33. non concludi. Ratio potissima Suarii est, quia hæc librorum prohibitio, cum sit in favorem fidei, favorabilis dicenda est; non odiosa: ergo non debet limitari ad propriè dictum librum. Multò magis quia eadem ratio militat in hisce opusculis, ac in propriè dictis libris. Ratio potissima Sanchez est, quia in communi modo loquendi hæc libri propriè non sunt. Confirmat hanc Sanchez sententiam Castro Palaus l. c. n. 5. ex eo quia parvæ prædictæ scripturæ, si sub nomine libri comprehenderentur, non liceret eas publicare, seu imprimere sine nomine auctoris, quando sunt de rebus sacris, etiam à Catholico Catholicè scriptæ, siquidem id prohibetur in Tridentino de libris, cum igitur usus obtinuerit, ut hæc sine nomine auctoris prodeant, signum est non venire sub nomine libri. Ita Azor. tom. 1. lib. 8. c. 17. q. 4. fin.

Ad rationem Suarii respondent idem Sanchez & Castro Palaus, negando hanc non esse legem odiosam, licet enim favorem fidei respiciat, tamen immediate gravamen continet, dum privat fidelium libertatem, quæ alias fruiitur, legendi; secus omnis lex pœnalis, g. lex quæ homicidam morte punit, esse favorabilis, quia est in favorem Reipublicæ. Imò, etiam si hæc, de qua nos agimus, esset favorabilis, sapè non esset extendenda ultra proprietatem verborum; nam prædicta, ut diximus, propriè libri nequaquam sunt.

11. Nota scripturam, atque adeò concionem, epistolam, &c. decem foliorum librum reputari à Castro Pal. d. num. 5. 5. versum, ut contra, unius folii (adderem, vel alterius folii) non reputari librum à Sanchez loc. cit. num. 35. in simili, & quidem merito, quidquid dicat in contrarium Bonacina de censur. in partic. d. 1. questione 2. part. 4. num. 16.

12. Secunda difficultas est. An si quis habens ejusmodi librum hæretici, in quo legatur una, vel altera hæresis, illas deleat; debeat deinceps librum ut prohibitum æstimare? Debet, ait Sanchez, loc. cit. num. 35. & Castro Palaus, loc. cit. num. 7. quia particularis expositio non tollit communem libri prohibitionem, sed vide infra, num. 45.

13. Tertia difficultas est, an sub nomine libri hic intelligatur manuscriptum? intelligi ex communi sententia testantur Suarez, disp. 20. de fide, sect. 2. num. 10. & Sanchez loc. cit. num. 28. Ratio potissima est, tum quia secus facile eluderetur præceptum de libris hæreticorum impediendis, si quidem jam legentur impunè manuscripta, tum quia manuscripta adhuc sub nomine libri censendi sunt.

14. Verum pace tantorum virorum puto hic non intelligi. Ratio potissima est, quia verè manuscriptum, etiam transcriptum à libro, non est propriè secundum usum communem loquendi, liber. Nec est verum sic eludi hoc præceptum; nam satis contra manuscripta provissum est per aliam prohibitionem allatam num. 5. Adde libros typis excussos merito per hanc Bullæ Cœnæ legem, quæ est certè magis ardua, quam alia, prohiberi, quia typis excussi libri amplius promulgantur, diutius durant, & facilius leguntur, quam manuscripta; quam rationem modò num. 9. approbant idem Sanchez & Castro Palaus de brevibus epistolis & similibus; nam propterea debuissent, & hic approbare: lege dictum numer. 9. huc enim permaximè, quæ ibi dicuntur, faciunt, maxime

F. 2

maximè illud, quod hæc est lex odiosa, atque adeo restringenda.

15. Confirmo primò: quia quando Pontifex scripturas vult sub prohibitione librorum includere facit speciatim nominando scripturas: ergo dum hæc solum libros nominat, illas non includit. Antecedens patet ex Leone X. qui in Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 10. & apud Bonacinam *dist. 4. de cens. in part. quest. 2. part. 18. numero 1.* Nullus (ait) librum aliquem, seu aliquam quancunque scripturam imprimere presumat, nisi prius per Vicarium, &c. approbetur, & ex Tridentino sessione 4. sub fin. Nulli liceat (inquit) imprimere qd. suis libros de rebus Sacris, &c. Qui autem scriptos eos communicant, nisi approbati fuerint, eisdem penis subiacent.

16. Confirmo secundò, ex Bonacina *ib. d. num. 12. & Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 17. quest. 4.* quærent an manuscripta evulgari possint sine timore excommunicationis late à Tridentino in dicto loco: *Qui autem scriptos eos libros, &c. respondētque cum distinctione, negando posse ea scripta, quæ sunt opera completa, & perfecta, quæ typis maneri solent, concedendo verò posse ea, quæ solent fieri ad privatum usum, & commodum, quis est enim qui suas conciones, suas disputationes Theologicas etiam digestas in magna volumina in Scholis, & extra illas discipulis, aliisque, nulla præmissa approbatione sine scrupulo non communicat? & ratio data responsionis est, inquit Bonac. loco citato, quia eum Tridentinum loquatur de libris, qui sunt manuscripti in dictis verbis: *Qui autem scriptos eos libros communicant, &c.* nomen libri strictè accipiendum est, non largè, cum versetur in materia pœnali, & odiosa, in qua stricta verborum interpretatio faciendā est *cap. peno, de penitentia, distinctione prima.* Hæc ille; Si igitur in ea lege Concilii Tridentini, ubi hæc mentio libri, & scripturæ, nomine libri, seu scripturæ non intelligitur merum, & quodcunque manuscriptum, multò magis in casu nostro, ubi nulla sit mentio scripturæ, sed solum libri.*

Sine Auctoritate nostra, & Edictis Apostolica.

17. Occasione hujus clausulæ possumus, Primò quærrere: quisnam habeat potestatem concedendi licentiam libros vetitos legendi? Secundò; quisnam actu habeat eosdem libros legendi licentiam? Quoad primum. Dico primò nullum posse concedere licentiam libros Hæreticorum hæresim continentes, vel de Religione tractantes, legendi, nisi Summum Pontificem, vel cui ipse potestatem concesserit. Hinc fit, ut nec Episcopi, nec Inquisitores ex Merolla *tom. 1. d. 1. cap. 2. coroll. 7. diff. 12. n. 418.* nec Cardinales possint, ex Sanch. *l. c. n. 44.* Suarez *disp. de fide, 20. sect. 2. n. 28.* Azor. *1. lib. 8. c. 6. qu. 12.* immò nec iidem Cardinales etiam, Sede vacante, nisi in casu summe necessitatis, (quam certè rarissimè occurrere posse video) observatæque forma, quæ præcipitur in Clementina, *Ne Romani, De electis.*

18. Verum Pontifex alicuine hanc potestatem concessit? Nemini docet Castro Palaus *tom. 1. tract. 4. disp. 2. part. 12. §. 3. num. 5.* ne ipsis quidem Episcopis, vel Inquisitoribus. Immo Inquisitores licet habeant potestatem concedendi licentiam legendi alios libros vetitos, non tamen legendi libros hæreticorum hæresim continentes, vel de Religione tractantes. Extant tamen quædam privilegia concessa Religiosis, de quibus sua quisque consulat.

19. Petes, Episcopi possuntne concedere licentiam legendi libros vetitos (præter Hæreticos) sicuti, iidem exceptis, posse, modò diximus Inquisitores?

Tacet, seu fugit id decernere Castro Pal. *ibid.* Sanchez, alique communiter solum loquuntur de libris hæreticis, ad quos legendos non posse eos dare licentiam docent; Puto tamen in Regnis, ubi viget Hispanica Inquisitio non posse, posse ubi illa non adest. Ratio prioris

dicti est ducenda ex privilegiis concessis Inquisitioni Hispanicæ primitivè quoad alios quoscunque, apud Penam in *Bulla.* Ratio potestatis est, quia Episcopus est primus Inquisitor in sua Diœcesi; ergo cum non constet ab ipsis hanc potestatem fuisse adeptam, non sunt de sua potestate deijciendi.

20. Favet Regula secunda expurgatorii: *Hæreticorum libri,* inquit, qui de Religione ex professo tractant omnino damnantur. Qui verò de Religione non tractant, à Theologis Catholicis jussu Episcoporum & Inquisitorum examinandi, & approbandi, non videtur iidem de regandis jure concedendi licentiam legendi. Immo, cum hæc regula sit in expurgatorio Hispanico, vide an etiam faveat Episcopis, etiam pro Regnis Hispaniæ,

Quoad secundam: Dico secundò, neminem habere licentiam legendi libros Hæreticorum hæresim continentes, vel de Religione tractantes. Solum invenitur ejusmodi licentia concessa Inquisitoribus, ejusque commissariis à Paulo V. & Pio IV. apud Pen. *l. c.* & in Regnis Hispaniæ solum Inquisitoribus, non verò eorum commissariis ex *Bulla Pauli V. postea initio expurgatorii Castro l. c.*

Quid habeant Religiosi, ex suis privilegiis quisque cognoscat. Si verò sit sermo de aliis libris vetitis, generaliter eam habent Inquisitores, & ij, qui ex modò dictis, possint dictam licentiam aliis concedere: si enim aliis concedere possunt, certè poterunt & sibi. Denique ii omnes, qui post Constitutionem Urbani VIII. *Constitutio Apostolatus Officium, 2. Octobr. 1631.* auferentis omnes præcedentes licentias legendi libros prohibitos, novam legitimè licentiam obtinuerunt. An autem ibidem Urbanus restrinxerit Episcopis extra Hispaniam, immò, & Inquisitoribus omnibus potestatem dandi licentiam legendi libros vetitos non hæreticos, quæ eos, perinde ac Inquisitores, fuit, modò dixi *num. 19.* viri docti confiderent. Verba Urbani VIII. *loc. cit. num. 3. fine,* hæc sunt: *Nec de cetero similes licentia, nisi à Congregatione Sancti Officii, dum singulis hebdomadis coram nobis habetur, vel ab aliis per nos etiam in eadem Congregatione specialiter deputandis, concedantur.* Considerent autem Docti, num hæc Urbani clausula (*ne concedantur*) auferat potestatem; non enim dicit: *Ne possint concedere,* sed: *Ne concedantur.*

Scienter.

21. Excusabit ergo ignorantia. Sed ecce nodus; quæcunque, an aliqua solum ignorantia excusabit?

Præmittendum est primò, aliam esse ignorantiam juris, aliam facti. Facti est, ut si quis in casu nostro sciret quidem librum Hæretici esse jure prohibitum; sed nesciret librum hunc esse Hæretici. Juris est; ut si quis, esse sciat hunc librum esse hæreticum, nesciat à jure ejus lectionem prohiberi: Ita Sanchez *lib. 1. Dec. cap. 16.* Castro Pal. *tom. 1. tr. 2. d. 1. p. 25.* Merolla *tom. 1. d. 1. c. 2. d. 2.* alique passim.

22. Præmittendum secundò, Ignorantiam aliam esse invincibilem, aliam vincibilem: ita *idem.* Invincibilis, quæ etiam appellatur inculpabilis, iusta, probabilis antecedens, est, quoties cogitatio nulla, nec scrupulus de aliqua obligatione menti hominis occurrit, quæ cognitione possit homo excitari ad inquirendam obligationis notitiam: vel si menti occurrit, fecit, juxta qualitatem rei, moralem diligentiam ad habendam notitiam, & non habuit, ut si quis in casu nostro, cæterum idiota, ne dubitavit quidem, hunc esse librum Hæretici, vel si dubitavit, interrogavit Parochum, responsumque accepit, non esse: Sanè hic idiota dicitur laborare ignorantia invincibili; quia illam evincere non potuit.

Vincibilis, quæ etiam dicitur culpabilis, improbabilis, injusta, consequens, est quoties ejusmodi moralis diligentia non est facta ab eo, cui jam occurrit dubitatio de obligatione: est autem quadruplex, Affectata, crassa, notabilis

notabilis, levis; nam supinam, aliqui ad crassam, ali-

Affectata est, cum qui data opera ignorare vult, & affectat; nam propterea hæc ignorantia dicitur directè voluntaria, ut si quis consultò non vult scire, an hic sit quò liberius illum legat.

Craffa est, quando quis propter meram negligentiam, pigit in ea ignorantia depellenda, sic dicta, quia nulli homines, & pingues, desides esse multum solent: Hinc ego deduco ignorantiam supinam, quia, more hominis lupum in le-^o jaentis, non curat furgere ad illam depellendam.

Notabilis, seu notabiliter culpabilis est, quando qui-
libet quidem aliquam diligentiam; sed non tantam,
quanta moraliter sufficit, ut si quis inquirat, an hic li-
ber sit hereticus, sed non à sufficienter perito.

Tenuis est, quando quis adhibet medicorem, & quidem sufficientem diligentiam ad habendam obligationem moriendi; sed non tantam, quantum in summo rigore posuisset. Ut si quis petat, an liber sit hæreticus a medico, potuisset autem a doctore, vel ab Inquisitione, &c. Hic solum supponitur levis culpa, in prædictis, &c. vel gravis.

2. Quanta autem, seu qui gradus diligentie adhibendus sit in ejusmodi nostris obligationibus indagandus, non potest certa regula definiri; illa enim facienda est, quod more humano, juxta qualitatem negotiorum, praesentis iudicio fieri solet; nam certe major requiritur diligentia in iis, quae sunt juris naturalis, quam quae sunt juris positivi; major, ubi agitur de damno tertii, quam ubi hominem adest; major, quando agitur de Vita, quam quando de Bonis, &c. Lege Sanchi. lib. 1. in Dec. cap. 1. §. 1.

14. Denique si quis legem sine vincibiliter, sive invincibiliter ignorans eo esset animo, ut etiam si scire legem non servaret, diceretur habere ignorantiam committentem; id quod sane non induisse sit satis. His positis, omnino revulsis iis, quæ supra, lib. 1. cap. 2. §. 1. diximus de voluntario ex ignorantia.

25. Dico primò. Ignorantia invincibilis, siue juris siue facti, non solum antecedens, sed etiam comitatus etiam legentem liberos hanc eorum tum peccatum etiam excommunicatione. Ita Suar, Farin, apud Casti. Pal. tom. 1. tract. 4. disp. 2. p. 10. §. 2. n. 1. Merolla tom. 1. d. 1. d. 16. coroll. n. 312. Ratio est, quia universaliter quicquid de nulla alia lege actio aliqua est prohibita, nisi ab ipso quæ penam imposuit, ignorans invincibiliter legem illam si eam transgreditur, nec peccat, nec pernam contrahit. Non peccat, quia involuntarie agit, cum legem invincibiliter non agnoscat: Non contrahit penam, quia, qui non peccat, non est lege puniendus ex reg. de re iur. lib. 6.

16. Dices, quando ignorantia est comitans, transgressor habet illum malum animum, seu affectum legem, etiam si facit prohibitionem, ergo peccat. *Kelp* respondeo; Si ille malus animus est solum in habitu, non peccatum, donec exeat in actum, ut ex se constat: quod si sit in actu, erit quidem peccatum, at actus ipse ex se non legendi; cum nullo modo procedat de facto, ad affectum, ut supponimus, sed ab ignorantia; à tali peccatissimo affectu infici nequaquam potest. Ita Merolla à d. 2. n. 1. in simili.

27. Dico secundò, qui legit prædictos libros ex
cibili ignorantia sive juris, sive facti, ex ignorantia
quam, live notabili, sive crassa, seu supina, sive et
affectata, quamvis peccet, non incurrit penam ex
communicationis. Ratio est, quia est probabilis op
quando lex imponit penam excommunicationis,
& suspensionis, interdictionis, & irregularitatis pœnalis
qui scienter aliquid committunt, (ut est in casu no
& est etiam, quando lex fertur contra audientes, &
sumentes, consulto violantes, &c. quæ verba, cum
quirit contemptum æquivalent verbo, *Scienter*. D
bus lib. 1. cap. 2. §. 10. à num. 9. satis diximus.) Proba

est (inquam) ex ibidem dictis opinio, quæ exultat transgressores ab incurfu pœnæ, si ex quacunq; ignorantia legem non servant, quia adhuc contumaces non sunt, cum nec se nol. scienter legant: ita Sanch. lib. 9. de marr. d. 32. n. 35. Bonacini de cens. in cam. d. 1. q. 2. p. 1. num. 10. Castrol. tom. 1. lib. 2. d. 18. alique. Excipio quando ignorantia affectata esset conjuncta cum ingenti temeritate, ut ibidem dicti n. 14.

An sit peccatum diversa species legere hos libros ex ignorantia graviter culpabili, & legere scienter, & quo modo id Confessorio apertendum satis colligi potest ex dictis in *opus. de expedit. confess. lib. 2. c. 1. §. 16.*

28. Dico tertio, idem dicendum esse de legentibus
alios libros, si verentur sub illa clausula (præsumant, vel
sciant.) Ratio est eadem jam dicta.

29. Illud pro eo quod facit ad peccatum, nota hic & in precedente conclusione ignorantiam, quæ est formaliter notabiliter culpabilis, quando agitur de diligentia faciendi sciendi præcepta naturalia non esse notabiliter culpabilem, si agatur de diligentia faciendi sciendi præcepta positivæ sanctionis. *De lib. 1. c. 17. n. 20.* ut expendit Meroll. *l. c. dub. 3. n. 167.* quod non advertit Castro *Præf. tom. 1. r. 1. d. 1. p. 16. num. 3.* Ratio radicalis est, quia magis nos obligamur ad exhibendum diligentiam circa præcepta naturalia, quam circa positiva, ut modò *num. 23.* innuimus. Nam hinc colligimus in positivis præceptis atque ad id in hoc de libris vetusis solum negligentiam crasam, supinam, & affectatam, peccatum mortale asseritur non verò aliam etiam notabilem, quia in his positivis legibus ea, quæ non est crassa, vel ad crassam proximè non accedit, verè non censetur esse notabilis, sed levis, cum non sufficiat aliquam diligentiam, licet non exactissimam adhibuisse ad mortale peccatum evitandum. *Lege etiam Valent. disp. 7. de lege humana q. 3. p. 6. fin.* & in hoc sensu per hanc explicationem potest admitti eorum doctrina, qui docent in præceptis positivis ignorantiam notabilem non asserere mortalem; quoniam rem decernere huiusmodi remissimus *suprà, lib. 1. cap. 2 §. 1. c. 17.*

30. Dico quarto, legentes predictos cum ignorantia, levi excusari à peccato gravi, & à pena communicationis, pœni, quia negligentia levis non potest parere peccatum grave, & peccatum non grave non potest inducere penam gravem, qualis est excommunicationis.

Legentes.

31. Non legit unde contra hanc prohibitionem non facit, qui sensum libri non percipit, esset, qui in a lingua, quam ignoret, librum compositum materialiter legeret: Ita Castro Pal. *tom. 1. tract. 4. d. 2. p. 5. 2. 2.* contra Bonibid. cit. legit verò, qui visu, & mente librum percipit: non enim necesse est ad propriè dictam legem, ut ipsa verba proferantur: ita Sanchez Suar. B. ab odem Castro. *Ibid. cit.*

32. Quid si a hominibus audias legentem? Respondeo, facies contra prohibitionem legendi ex probabilissima sententia; ita Sanchez lib. 2. in Dec. cap. 10. n. 48. Conf. de p. 18. de fide, dnb. 1. i. num. 178. Castro Palibid. n. 3. quod si iubeas inde periculum, tamen certe non est quod solum hic cavetur.

33. Obijcis, Dominus jubeat famulum in-
de ut legat librum, verbi gratia, Latinum prohibitum.
Domino docto audiente. In hoc casu famulus non
currit censuram, & consequenter nec peccatum,
si non percipit ex dictis *num. 31.* (idem esset si
censuraretur ex gravi damni periculo non in contemptu
legis incauso, tamen perciperet sensum.) Rursus
incurrit Dominus, quia ipsi non prohibetur audire
dictis *numero procedente*, & inducendo servum
gendum, cum solum inducat ad materiale lectio-
nem quæ non est prohibita ex dicto *numero 31.* non
peribatur ad peccatum ullum: quare Dominus fi-
diens, præscindendo a retentione libri, non pec-

& consequenter frustraretur sua intentione lex de prohibitionem Librorum. Respondeo ita colligi ex doctrina, quæ est Sapientissimorum Doctorum, nec esse censendum inconveniens, si in aliquo raro casu suam non consequatur intentionem lex, habeat communiter in aliis, de quibus loquitur.

34. Excusari autem legentem tum à mortali, tum ab excommunicatione ex parvitate materiae, ut regulariter solet esse in cæteris præceptis, certum est, ita Suar. *disp. 20. de fide, sect. 2. n. 20. Sanch. lib. 2. in Dec. cap. 10. n. 13.* quidquid aliqui negent cum Tol. *lib. 19. n. 9. vers. sequum genus.*

Quid si quis intenderit multum legere, & postea parum de facto legerit? peccaret quidem mortaliter in electione ex pravo animo ulterius procedendi, at non incurreret in censuram, quia hæc non punit intentionem, sed executionem. Castro Pal. *l. c. num. 9.* Materia parvitas aliqui determinant esse, lege unum, aut alterum versiculum, seu paucula verba. Azor. *1. lib. 8. cap. 16. q. 3.* Alii legere non multas lineas, & Suar. *loc. cit.* Alii pauculas lineas, sic Reginald. *lib. 9. n. 254.* Alii decem lineas, sic Sayr. *de censur. cap. 5. n. 2.* Alii unam paginam, sic Sanch. *l. c. n. 31.* Layman *lib. 2. tract. 1. cap. 15. num. 5.* Alii unam paginam libri in folio impressi: sic Castro Pal. *l. c.* Omnes probabiliter, quidquid contra duas ultimas sententias nimis asperè immeritò obstat Merolla *1. r. d. 1. c. 2. d. 16. coroll. 7. diff. 3. n. 344. fine.* Ratio autem probabilitatis est, quia in brevi lectione non apparet regulariter grave periculum.

35. Nota denique. Sive locum, ubi nullus est error, legas, ex Sanch. *ibi, numero 35.* Bon. *d. 1. de cens. in partic. q. 2. p. 4. num. 22.* sive Epistolam Dedicatorem, vel Proemium, vel Indicem, ex Sanch. *ibid. n. 30.* contra prohibitionem facis, quia ob unum errorem qui inibi reperitur, totus liber, atque adeo omnes ejus partes sunt prohibita.

Quod si illæ pauca lineæ contineant eam doctrinam, propter quam liber ille fuit proscriptus, certe non possem liberare à peccato eum qui scienter se consulto eas, quamvis paucas, legat: Cum enim illæ sint tota causa prohibitionis, inobedientia gravis erit, non levis. Dixi (consulto) nam si casu, & non ex intentione, tunc propter parvitatem materiae poterit excusari.

36. Superest decernere, An qui legit (idem si retinet) ejusmodi libros sine ullo periculo subversionis, scandalii, alteriusque mali, qui legit, verbi gratia, ad confundendos errores, an incurrat in peccatum, & consequenter in censuram?

Gravis est difficultas, & pendet ab ea celebri questione, An cessante fine adequato legis positiva in aliquo particulari casu, cesset pro eo casu & lex. Exemplum est: Si præcipiatur, ne quis noctu arma portet ob periculum rixandi, si quis senex, verbi gratia, certis moraliter se non habere hujusmodi periculum, ea porter, licet eam portabit? Adverte autem nos loqui in legibus positivis; nam in naturalibus, quæ semper sunt ob honestatem intrinsecam, quæ est in actu bono, vel in carentia actus mali, nunquam adequatus finis ejus legis cessare potest. Si præcipiatur, verbi gratia, Jejunium, cesset cesset finis mortificationis carnis in satis aliis mortificato, non tamen cessat honestas ipsa temperantiae imbibita in virtute abstinentiae, propter quam regulariter jejunium præcipitur. Dico (regulariter) nam si præciperetur idem jejunium ab Episcopo, ad impetrandam, verbi gratia, sanitatem Regis, cessante Regis infirmitate, cessaret ex mox dicendis & lex jejunii, quia licet jejunium habeat ex se honestatem temperantiae, tamen in hoc casu non præcipitur propter respectum ad temperantiam, sed adequatè propter Regis sanitatem, quæ habità cessat pro omnibus totus dicti præcepti finis.

37. Porro communis opinio docet cessante fine adequato in uno particulari non cessare pro eo legem, nec consequenter obligationem: ita Suarez, Vasquez,

Saschez, Coninch. Sotus, Covar. Bonac. aliique usque ad 37. apud Dianam *p. 1. tract. 30. res. 27.* Ratio est, quia cum lex nunquam feratur ob finem particularem, sed generalem, nisi cesset ferè in omnibus, esto esset in aliquo, semper dicitur finis generalis durabit, atque adeo perseverabit & lex. Delatio, verbi gratia, armorum non prohibetur ob peculiare periculum war rixæ, sed ob periculum quoddam esse potest in Republica: quamvis ergo ejusmodi periculum cesset in re, cum non cesset quoad alios, id quod respexit Legislator, nec lex cessabit, ergo & te obligabit.

38. Alia minus communis opinio asserit cessare. Ita Fentriq. Comitol. Sà, Granadò, Fose, Mexia, Navarr. Abbas, Angelus, Sofa, Megala, apud eundem Dianam *ibid.* Adde eundem Dian. *ibidem, & par. 5. tr. 14. res. 96.* ubi ait hanc opinionem cum magno plausu à viris Doctoribus fuisse receptam. Adde & Hurtad. de Mendoza in *2. 2. tom. d. 47. s. 1. s. 26.* fuscè & doctè Ratio est, quia sententiæ cessante adequato fine in universum ex omnium sententiis cessat lex in omnibus, ita cessante adequato fine in uno, cessare debet lex in illo. Et hujus ulterior ratio esse debet, quia ideo cessante fine in universum, cessat lex in omnibus, quia tunc lex redditur ex communi sententiâ inutilis; siquidem lex, cum semper feratur ob bonum publicum, non solum non debet esse damnosa, sed nec inutilis negativè, hoc est, nullam utilitatem afferens; at cessante fine in uno, jam redditur inutilis in hoc, ergo, &c.

Quod enim sit utilis aliis, non facit ad utilitatem hujus; nisi multum remote, tanquam bonum proximi, ad quod remotum, ex hac sententiâ non respexit lex. Certe nihil mihi non fabricitanti prodest lapis Besslar, quamvis aliis febri laborantibus sit proficiuus. Adde & argumentum ductum à paritate præcepti de correctione fraterna: Hæc enim lex, non obligat particularem, quando cessat in eo particulari finis legis, nempe spes emendationis, ergo idem erit in casu nostro. Ad hanc paritatem respondet Covarruvias, aliique apud Suar. mox citandum, legem correctionis datam esse propter privatum bonum singulorum, ideo non esse mirum, quod hoc cessante, cesset & lex. Sed Suarez *lib. 6. de leg. ca. 9. n. 15.* ait, non intelligere hanc responsionem, quia omnis lex (ait, & merito) habet hoc, quod sit data communitati propter bonum singulorum, & sic etiam lex correctionis; data est toti communitati propter bonum fratrum, seu singulorum.

39. Respondet ergo ipse Suarez, præceptum correctionis esse affirmativum, quod non obligat ad semper. Quando ergo non est spes emendationis, non cessat obligatio correctionis, sed suspenditur; quia non est tempus utile: sicut præceptum dandæ elemosynæ indigenti non cessaret, sed suspendere, si adverteretur pauper eadem elemosynâ abusus: eodem igitur modo (ait Suarez) non cessabit in casu nostro obligatio legis. Sed, pace tanti viri, hæc responsio non satisfacit, & contra ipsum facit. Sicut enim lex correctionis, & elemosynæ, quia correctio, & elemosyna in prædictis casibus sunt inutilis, suspenditur, ita in aliis legibus, quia cessante causa in uno articulo, redditur pro eo inutilis lex, suspenditur pro illo, & consequenter non obligabit. Quod ad intentum hujus secundæ opinionis satis, superque est.

Atque ex hoc solvitur etiam ratio prioris sententiæ. Concedimus enim legem, stante periculo in aliis, cum sit pro illis utilis, non cessare, sive absolute, sive pro illis; sed asserimus satis esse, si suspendatur, atque adeo non obliget illum particularem, pro quo Lex inutilis evasit.

40. His positis ad id, à quo recesseram, revertor. Cum hæc secunda opinio propter Authores, rationesque, quibus innititur, non possit non esse probabilis: probabile etiam videbitur alicui in foro Conscientiæ, non incurrit in peccatum, nec in censuram à legentibus, vel retinentibus ejusmodi libros, si cesset causa prohibitionis;

homo; ita Felin. Albert. Mascard. Decian. apud Casto
p. 10. diff. 2. p. 10. §. 2. num. 8. in p. 10. Casto Palconia
de iure hoc est, si verum nullum legentium periculum esse ap-
pareat, quod periculum esse finem huius prohibitionis,
Sánchez in dec. cap. 12. num. 51. & insinuat Casto,
p. 10. §. 2. n. 9. quod nunquam deest adequatus.

[illegible]

Retinentes.

41. Sive in tua, sive in aliena domo, sive tuo nomine, sive alieno scientur dictos libros; seu eorum parum notabilem retines; facis contra prohibitionem; ita Sanchez. in dec. c. 10. §. 1. et 2. ita ut etiam aromata, et librarios, Sanchez *ibid.* non excuset, quia sciet illi ad aromata, hi ad cosdem ligandos, & non ex intentione legumini retineant, adhuc leges violant. Eosdem si retineas in aliena lingua scriptos, etiam si te intelligi non possint, condemnatis, Sanchez *ibid.* quia adhuc retines libros vetitos.

43. Excusat autem parvitas materiæ, ut si retineres
duo, vel tria folia, quia licet plusquam una
paginam legere excedat parvitatem, ut diximus *num. 34*
non tamen excederet in retinendo; cum minor culpa sit
retinere, quam legere; *ibid. num. 54*. Excusat item parvi-
tas temporis, quo retines.

44. Imò si tempus etiam notabile requiratur, ut
modò Inquisitori tradatur liberè, non es scrupuli
agitandus; potes enim etiam diu expectare, modo sin-
cere, & fallacia id facias, *ibid.* n. 55. Data autem con-
moditate per unum, vel alterum diem differre, non erit
culpa saltem gravis, quia retentio levis est.

41. Si quando ex legitima facultate librum vetitum
trahens, adverte ne tua occasione serpat ad alios facientes
carentes libri venenum. Equidem cum essent Roma
iniqui in quemdam librum prohibitum, quem palam
quidam amicus apud me in aperto pluteo renebat, cuius
multa folia (ut erat meo more avidus) evolvendi quos
cumque libros, quos antea non vidissem) cum securus
perlegerim, adverti in fine libri sic adnotatum ex ser-
pente huius: *Hic liber est prohibitus, sed ego ex legitima licen-*
tia apud me venio.

Imprimentes.

46. Hoc est, componentes litteras, præparantes papirum, & atramentum, torcular prementes, & ceteros cooperantes: item Officinæ Impressoriæ dominos, & ipsosque librorum Auctores, qui eos imprimendos urgent: hi enim omnes imprimere librum dicuntur. Imò qui corrigi folia impressa, ut emendatiora exprimantur,

hic comprehenditur; nam præterquam quod jam legi-
 tum librum hæreticum, etiam censetur imprimere, dum ad
 impressum corrigi: Ita Sanchez l. c. num. 57. Suarez
 diff. 2. de fide, sect. 2. n. 24. Castro Palao l. c. num. 13. Bon-
 diff. 1. de cens. in part. q. 2. p. n. 19.

Qui vero solum expensa dat ad imprimendum, & qui exemplar rescribit ut imprimatur, quique antea characteres, vel aramentum, vel similia impressoribus dictis vendit licet fautores sint hæreticorum, & in peccatis factorum incurrant, non sunt impressores, cum remota fati ad impressionem concurrant?

47. Hæc quoad libros hæreticorum hæresim continentes, vel de Religione tractantes, de quibus Bulla Cœnæ loquitur. Quid de aliis.

Tres hac de re constitutiones sunt apud Bonac. d. 2.
g. p. 16. d. 1. a. Prima est Concilij Lateranensis, sub Leo-
ne X. selt. 20. ubi imprimentes, vel imprimi facientes li-
bros, & vel quancunque scripturam in Vrbe sine Vicarij
& Magistri Sacri Palatii, in aliis Civitatibus sine Epi-
scopi approbatione, excommunicantur ipso facto : &
pœna pecuniaria, ac suspensione ac exercitio imprimen-
di per annum, afficiuntur, libris quoque comburantur.

48. Secunda est in Indice librorum prohibitorum
reg. 10. ubi innovatur dicta Concil. Lateranensis consti-
tutio.

49. Tertia est in Concilio Tridentino, quod solum
dequir de Libris factis (si autem sunt iidem, quos di-
ximus n. 7.) ubi eadem constitutio confirmatur, additū-
que, Libri Sacti, cum nomine Authoris imprimantur,
& si sint libri Regularium, ut præter Episcopi, vel Ma-
gistri Sacti Palatii approbationem, approbentur a suis
Superioribus, secus nec vendi, nec retineri queant, sub
pœnis ejusdem Constitutionis: ipsa verò approbatio
datur in scriptis & appareat in fronte libri. Ex quo vi-
des hos nū aliunde sunt prohibiti, posse legi, si, apud se-
non retineantur, quia Conch. prohibet vendi, vel reti-
ri, nihil de lectione.

50. Porro aliquæ hæc insurgunt difficultates. Prima, an ubi receptus mos est, ut solum Domini temporales examinent librum imprimendum, delinquit contra dictas Constitutiones, qui sine Episcoporum approbatione imprimit? Respondeo non delinquere. Ratio est, quia jam supponis Constitutiones has non esse legitime receptas: ergo contra ipsas non peccabitur.

Adde cum Bonacina *l.c.* num. 6. in hoc casu Ecclesiam
usu sic approbante, subrogasse Dominos temporales in
approbatione librorum. Simile quid dicam *cap. §. 5. 2.*
numero 4.

51. Secunda: in libris Sacris, in quibus juxta Tridentinum apparere debet approbatio in fronte libri si mortaliter constat deesse, non tamen sit in libro apposita, an peccetur? Respondeo. Credo non peccari saltem graviter, quia non servatur tota substantia præcepti: multo magis si præponatur illud (cum superioris licentia) quod usui ipso toto comprobari video. Ita Bon. lib. n. 7.

52. Tertia, An qui habuit prædictam licentiam, sed deinde dum imprimit, addit vel demit aliqua sine nova licentia, peccet in legem hanc?

Respondendo negativè, cum Bonac. *ibid.* num. 3. Nisi tale & tamen addat, dematve, ut novus moraliter liber censetur. Ratio est quia per pauca adiecta, non censetur quis librum sine licentia imprimere; per multa, sanè censetur.

Id explicatius decidamus. Si quod addis, quamvis non multas continens lineas, tu cognofcas effe prohibi-
tum, fanè cum mala fide agas, condemnaberis: id quod
ego modò ininuavi per illud (tale) fi verò certò co-
gnofcas prohibitum non effe, procedit doctrina allata
ex Bonacina. Si denique dubius fis, certè praeualet lex,
atque addere nullatenus potes.

53. Quarta, An qui in libris sacris, de quibus solis loquitur Tridentinum, non apponit nomen veri Authoris sed alterius peccet? Quid si nomen sit fictum, & ementitium? Quid, si adhibeatur nomen Collegij, vel

Academiz, tacito nomine detentinatæ personæ? Respondeo, Non possum excusare eum, qui dictum nomen præponit, qui verò nomen alterius sufficientis vel Collegij, merito excusare debeo. Sic Bon. *ibid. n. 10.* Ratio est, quia in hoc posteriore jam adest, qui de libro rationem reddere potest, qui fuit finis in ea lege Tridentini; in priore autem non adest: nam propterea idem dicendum putò, si apponatur nomen auctoris, sed anagrammaticè mutatum, quia sic perinde est, ac si nullius, qui possit librum defendere, nomen inscriberetur.

Defendentes occultè, vel publicè, qualibet causa, vel colore.

54. Sive factis defendas, ut si libros in Cœna Domini prohibito occultes, vel impedias, ne comburantur, vel deferantur; sive verbis, ut si eos ut tales laudes, vel persuaideas, ne exterminentur; sive scriptis, ut si pro iis rationes etiam in tuo cubiculo occultè scribas, peccas contra legem, Patent hæc ex tenore Bullæ. Ita Castr. *n. 14. Sanchez n. 48. Suar. 2. n. 15.*

55. Dixi (ut tales) nam si dicas librum esse optimum, quoad cetera; laudèque stylium, ingenium, &c. nec ejusmodi verba faciant ad libri conservationem, non condemnaberis; quia sic non faves hæresi. Quid si dicas, te velle librum defendere, nec tamen defendas? Alii qui cum Sanch. *ibid.* Castro Pal. *ibid.* putant id non esse contra Bullam, quod defendentes, non verò volentes defendere damnat. Aliqui asserunt hoc ipsum esse defendere, adesse nimirum aliquem, qui illius defensionem velit suscipere. Puto ex se hoc non esse defendere: sed si sit in circumstantiis, in quibus significetur adesse patrum libri, unde retrahi possint, qui librum exterminare debent, erit cetèrò defensio, & consequenter violabitur lex, siquid esset defensio arcis, te patrum esse ad propugnandum pro ipsa.

Aliqua notanda de libris vetitis.

56. Deinde nota primò, eos qui sunt sub Hispanica Inquisitione, teneri illos tantum libros pro vetitis habere, quos ipsa vetat: etiam si Romæ, vel alibi non sint, vel sint vetiti: constat id ex privilegiis datis Hispanicæ Inquisitioni usu ipso comprobatis.

57. Secundò. Quando per edicta præcipitur, ut quisque ostendat suo libros, seu eorum Catalogum ad Inquisitores, solum obligaris ad deferendos eos, quos alias non ostendisti; semel enim ostendisse sufficit: insuper si certus sis librum non esse ex vetitis, probabiliter non obligaris ostendere in foro conscientie. Ratio est, quia videtur esse res levis negligere libri delationem, si certus sis nullum in librum errorem intercessisse.

Quid, si, ut usu venire solet, aliquem librum, quem tu Inquisitoribus protulisti, prohiberi postea contingat? Respondeo: urget tunc obligatio proferendi. Quare nisi certò scias librum, quem ostendisti, nec fuisse prohibitum, nec periculum ullum adesse, quod postea vetitum fuerit, semper (præsertim ab indoctioribus, qui ejusmodi periculum discernere non valent) ille ostendendus.

58. Tertiò, cum per edicta præscribatur terminus infra octo dies ostendendi ejusmodi libros, inciditne in excommunicationem, qui vel post terminum, vel etiam nunquam ostendit? Respondeo, salvo meliori judicio, nequaquam quoad libros numero præcedente dictos. Ratio est, quia in edicto, ut hic in Sicilia publicatur, dicitur (verbi gratia, si commanda, id est, præcipimus ostendere libros, &c. (& paulò post,) procedere ad alios pene, hoc est, alias penas infligimus) unde nulla apparet lata excommunicationis. Dices in fine edicti fulminatur excommunicationis. Respondeo, si attentè edicti tenorem legas, videtur hæc excommunicatio, cum sit tam rigorosa, cadere solum in hæresim, ceteraque gravia delicta superius allata, non verò in eo qui dumtaxat à tali librorum ostensione

se subtrahunt, si libri, vel aliàs ostensi fuerint, vel cetèrè nihil erroris contineant.

59. Quid de peccato mortali? Respondeo. Quia illed (præcipimus) est peccatum in legibus peccati mortalis, quando materia est gravis, peccati levis, quando materia est levis: ex Castro Pal. *rom. 1. d. 1. de legibus, part. 9.* aliisque *ibid.* citatis, &c. In nostra autem materia, quando libri nihil erroris continent, videtur res esse levis, ut modò *num. 17.* dictum est quando verò continent hæresim, res est cetèrè gravis, ideo hic esse mortale, ibi non esse dicendum erit.

60. Quartò denique, rectè notat ex Becano Layman *lib. 2. tr. 1. c. 14. n. 4.* ubi recepta non est Bulla Cœnæ, vel index librorum prohibitorum, ut alicubi in Germania, non excommunicari Catholicos legentes, &c.

S. VIII. De Absolutione ab Hæresi.

Casus facilioris Absolutionis.

1. Latim atque tibi offertur absolvendus aliquis ob hæresim, perpendendum est, an possis vel ab hæresi reservata illum excusare, vel te esse in illis circumstantiis, in quibus ab illa absolvere, licet privilegiatus nequaquam sis, valide possis?

2. Primò igitur, si hæresis fuit merè interna, non est reservata; ita Azor. *part. 1. lib. 8. c. 19. g. 4.* de Lugo *de part. d. 30. sect. 2. n. 13.* quia Ecclesia non judicat de interiori, est autem talis in his casibus, quos *suprà*, §. 3. *num. 5.* diximus.

3. Secundò, si item fuit solum externa, & non interna, puta, si metu, vi, libita ira, aliquid factum, vel dictum sit contra fidem, sed manente intellectu sine voluto errore contra ipsam, licet fuerit gravissima culpa contra externam confessionem, cum non sit vera hæresis, non inducit satis Probabiliter excommunicationem Bullæ, ita Fag. *pr. Ecclesie 2. l. 8. c. 8. n. 38.* Toletus Sanch. Suar. Filiuc. aliique apud Dian. *rom. 3. tract. 4. ref. 143.* & *p. 4. tr. 4. ref. 240. sine*, quare nisi in aliquo Episcopatu sit specialiter reservata, poterit non solum vi Bullæ Cruciatæ, ex Henric. Portell. Duyn. Sanchez, Suar. aliisque apud Dian. *p. 1. tr. 5. ref. 7.* vel privilegiorum mendicantium ex Portell. aliique apud Dian. *l. c. ref. 8.* sed etiam à quocunque Ordinario Confessariò absolvi. Ratio est, quia, quamvis in foro externo hic præsumatur hæreticus, unde & de mortandus, & puniendus; tamen coram Deo, cum talis non sit, non incurrit eadem excommunicationem reservatam in foro interno, circa quod est forum penitentiae. Hinc qui propositionem hæreticam enuntiat, qui comedit carnes tempore prohibito, qui idolo cultum externum exhibet, qui hæreticalem blasphemiam ex ira profert, & similia, si interim corde nullo errori contra fidem consensum præbet, absolvi, ut dictum est poterit.

4. Si quis cetèrò sciat se lingua hæresim pronuntiasse, sed dubitet an mente consenserit, esse reputandum, commississe hæresim externam, atque adeò absolvi non posse ab ordinario Confessariò, ceterisque poenis subditi, docet Sanchez *rom. 1. in Dec. lib. 1. cap. 10. num. 74.* Ratio est, inquit, quia cum verba sint naturaliter signa intentionis, & nullus præsumatur dicere, quod in corde non habet, præsumptio est & possessio in hoc dubio, quod hæresis illa processerit exterius ex vero consensu interiori in illam.

Sed quamvis non negem forum externum contra hunc posse procedere, puto cum Caram. *in Theol. mor. lib. 3. num. 133.* posse à Confessariò non privilegiato absolvi in conscientia, nec subditi in conscientia dictis poenis. Ratio est, quia cum odia sint restringenda, reservatio, & poenæ debent restringi ad certam hæresim externam; sic Merolla *tom. 3. d. 3. c. 3. dub. 2. coroll. 23. num. 370.* At hæc est omnibus pensatis dubia: ergo, &c. Non esset autem hæresis dubia, si forte ex aliis circumstantiis (ut si is cognoscatur solitus similes veras hæreses pronuntiare) colligeretur adfuisse consensum; tunc enim

Bonac. aliique innumeri relati à Barbosa *secunda parte de potestate Episcopi, allegatione 40, n. 24.* & in Concil. Trid. v. in *hæresis crimine*, quibus adde Castro Pal. l. c. §. 1. n. 2. tamen etiam probabile, & tutum est, posse in foro conscientie suos subditos absolvere ab externa occultata, sive per se, sive per alium, cui occurrente casu committat suas vices Episcopus, non verò per Vicarium, seu alium ad hanc absolutionem indifferenter deputatum. Ita Banez, Navarr. Hentiq. Arag. quos refert. Barbosa l. c. num. 11. quibus adde Fag. *secundo Ecclesia precepto, lib. 8. cap. 8. à num. 20.* qui ait fundamenta negantium esse parum firma. Adde & Granadum apud Dian. p. 4. *tr. 4. resolutio. 239.* imò ipse Suar. & Cast. Pal. l. c. statentur hanc esse probabilem. Ratio est, quia hac potestate Episcopi potiuntur ex dicto Tridentino, probabilissimumque est eam non revocari à Bulla Cœne. Durum enim Patribus Concilii visum fuit, ut pro occulto relicto extra Dicesim esse remedium exquirendum. A Bulla autem Cœne solum revocatur facultas absolvendi prætextu privilegij, ut ex verbis Bullæ patet: at Episcopi esto absolvere non possint ob privilegia à Summo Pontifice concessa, certo absolvere ex autoritate à Christo Domino illis data (posito quod sint Episcopi) neque à Pontifice impedita. Rursus illud (prætextu) dicit colorem quasitum, non verum. Ut explicat Budæus in l. ff. de *officio præfatis*, l. *sub prætextu*, C. de *transact.* seu dicit speciem veri, non veritatem. At Episcopi absolvunt non colore quasito, vel sub aliquo velamine, sed five autoritate jam dicta à Christo concessa, sive etiam à veris privilegiis concessis à Pontifice, & præsertim à Tridentino. Denique potestas Episcopi est certa, revocatio dubia: pravalet ergo potestas.

Quod potest Episcopus, potest & Capitulum, Sede vacante; ita Sanch. Henríquez, Arag. Rodríguez, Suarez citati Merolla t. 2. *diff. 4. c. 6. n. 103.* contra Bonac. Fill. Castro Pal. eundem Suarez in *alio loco* citato ab eodem Merolla n. 132. id est, quando casus occurrerit: poterit Capitulum alicui Sacerdoti committere absolutionem ab hæresi occulta; Verum deferenda erit hæresis Capitulo sine expressione personæ absolvendæ, ne scilicet hæresis coram tot de Capitulo expressa fiat publica, & absolvi deinceps nequeat, quo pacto occurritur potissima ratio, quam à dicta publicitate Castro Palauz t. 1. *tr. 4. diff. 4. p. 3. §. 1. n. 3.* ducit, qui nobis contrarius est.

Quid conferant privilegia Bullæ Cruciatæ, vel Libellæ, vel Regularium circa absolutionem ab hæresi, in propriis Tractatibus agitari solet.

§. IX. De Apostasia, & Schismate.

Pura Apostasia, quæ ut *suprà*, §. 1. n. 1. diximus, est totalis negatio fidei, ab hæresi, quæ negat aliquos articulos dumtaxat, differt secundum magis, & minus. Quare iisdem pœnis, si sit externa, subjaceat, quibus subjacet hæresis Ita Sanch. lib. 2. in *Dec. c. 7. n. 4. n. 16.* Nam propterea omnia huc pertinentia, ex supradictis doctæ, petenda sunt: Dixi (pura) nam, si ultra fidei negationem, amplectatur quis aliam sectam, v. g. Paganismum, Iudaismum, &c. certum est tunc superaddi & novam speciem.

2. Illud hujus est loci, An purus Apostata qui sine dubio gravius delinquit, quam Hæreticus, ratione ejus gravitatis debeat explicite Confessori suam apostasiam, & hic suam hæresim patefacere. Dico certum esse hos non posse fateri sed aliquos articulos negasse, cum negaverint omnes, vel omnes negasse, cum solum aliquos negaverint, quia sic cum mendacio confiterentur peccatum, quod non commiserunt, ut in simili dictum à nobis est in *nostro opusculo de expedit. Confess. lib. 1. c. 1. §. 9. n. 61.* Posse autem in genere dicere se negasse fidem, seu articulos fidei, probabile est, quia, ut item diximus *ibidem*, §. 18. circumstantiæ liget aggravantes, si speciem non mutant, non sunt necessariò Confessario aperienti. Aliqua alia ad confessionem apostasie pertinentia, vide *ibid. lib. 1. c. 2. §. 1.*

3. Purus Schismaticus is est, qui, cum credat omnes articulos Fidei, retrahit se ab obedientia Summi Pontificis, ut est Christi Vicarius, seu, ita se gerit, ac si ipsi subiectus non esset, consummatur enim schisma ipso opere externo, licet nullus error adsit in intellectu. Ita Sanch. lib. 2. in *Dec. cap. 36.* adique Si ergo Schismaticus ultra divisionem à capite, scilicet à Summo Pontifice, addit aliquam hæresim, qualis est, si ideo à Pontifice deficit; quia asserit, creditque Pontificem caput Ecclesie non esse, jam non est purus Schismaticus; nam etiam est hæreticus, pœnasque hæretici opines incurrit. Sed si sit purus Schismaticus, certè præter gravissimum peccatum, quod committit, est etiam ex vi Bullæ Cœne ipso facto excommunicatus: sit item inhabilis ad beneficia Ecclesiastica obtinenda, & omnem insuper iurisdictionem, si quam habuerat, amittit. Ita Sanchez *ibid.* & Azor. *part. 1. lib. 8. c. 20.* Ex vi tamen puri Schismatis, nec contrahitur irregularitas, nec privatio beneficiorum jure obtentorum, quia id in jure nequaquam habetur, Ita Sanch. *ibid. p. 20.* contra Azor. *ibid. cit.* nisi forte dicas, Schismaticum notorium præsumitur esse irregularitate generalis infamiae, quæ oritur ex quovis crimine notorio, quod de num. est pœna dispositionis, quale est sine dubio schisma, quæ tamen irregularitas cessat, ablata infamia per contrariam penitentiam; Ita idem num. 20. contra eundem *quest. 8.*

4. Per hæc adverte eos, qui à schismaticis scienter, ter & sponte ordines, vel beneficia suscipiunt, esse ipso jure suspensos ab usu, & functione ordinis, & à beneficiis, sic imperatis, de qua re lege Sanch. n. 20. in medio, aliisque citatos.

§. X. De Infidelibus.

1. Infidelem hic intelligimus, vel Paganum, vel Hæbreum; vel Saracenum; hi enim omnes de Christo Fidem veram non habent. Et Paganus quidem, seu Gentilis est, qui Idola colit, dictus propterea item Idololatra.

Saracenus est, qui Mahumeti imbutus veneno, ejus sectam colit; idcirco appellatur etiam Mahumetanus, quales sunt Turcæ, Maugri, Arabes, &c.

Hæbreus, seu Iudæus est, qui credit veteri Testamento, novum verò, & consequenter Christum Testamento novo promulgatum reprobatur, Adde Aethi, qui nullam Religionem, & ne Deum quidem ipsum esse cognoscit, sed id est scelus particularis hominis, & non nationis, aut populi, cum nulla quamvis fera natio, vel populus compertus sit, qui numen aliquod non coleret, & ex alia parte nihil de Atheo hic asserere potest occurrat.

Inter de singulis aliqua dicamus, dummodo advertas multa ex dicendis esse omnibus communia, quamvis propter occurrentem docendi opportunitatem de aliquo in particulari declarantur.

Pagani.

2. Certum est Paganos, sive Christiano Principi subiectos, sive non subiectos, non posse cogi ad Fidem, posse autem muneribus allici. Ita S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 8. & communiter: probaturque e. *Sicut Iudæi, de Iudæis, & Sar. lege Azor. p. 1. lib. 8. cap. 24. à quest. 2.* & Cast. Pal. t. 1. *tr. 4. d. 2. p. 6.* Ratio est, quia Christi Fides voluntarie suscipienda est, secus magnum periculum esset fictionis & sacrilegij in suscipientem illam coactè, cui tamen libertati munus propositum non nocet.

Hinc non potest Bellum suscipi contra infideles, eo solum titulo, quod fidem respuant, nec id posset ipse Summus Pontifex demandare. Contra verò mulier Christiana potest contrahere cum Pagano ea conditione, ut is ante celebratas nuptias, fiat Christianus: potest Rex liberare populum à tributo, si is Fidem recipiat, potest Iudex capite plectendum liberare à morte, si is vitale Baptismi

famulari Iudeis: nam additur, & *Saracenis. cap. Iudeis, 2^a de Iudeis*: Secunda est, præponere Iudeum publicis officiis; nam additur *vel Pagani, c. cum sit, c. ex speciali, de Iudeis*, quibus adde illa generaliter prohibita, "portare nimirum lignamina, vel victualia, vel arma, &c. ad Christiani nominis inimicos, matrimonia cum infidelibus inire, &c. in *Bulla Carne Domini*."

8. Sed, contra dictas prohibitiones ire, estne morale: Dico contra has duas postremas esse morale, quia delatio lignaminum sub excommunicatione lata sententiae Pontifici reservata cavetur in *d. Bulla Coena*: & matrimonium contrahere cum infidelī, non est solum illicitum, sed invalidum ex disparitate cultus, quod est impedimentum dirimens: lege fusiē Sanch. lib. 7. de matr. a d. 11. At eūdem in ceteris non sit universum fulminata excommunicatione, & in aliquibus sit solum ferenda, non facile possumus, ut diximus in *nostro episc. de exp. sacrif. lib. 3. cap. 1. §. 8.* ex ipsa poena gravitatem culpae colligere. Causa Palaus loc. cit. num. 17. docet solum esse mortale delinquere in sex postremis casibus adductis num. 6. quia in illis, tum ex parte materiae, actiones prohibitaē sunt graves. Sā Genivius v. *Idolatri.* num. 1. & Arragonius 2. 2. *quasi.* 10. art. 9. putat nunquam esse mortale, nisi ea sit familiaritas, ut suboriat periculum subversionis; adde, vel nisi communicatio per illas actiones exhibita fiat ad favendum falsis ritibus. Ratio autem esse potest, quia, praeciso hoc periculo, vel est res non magni momenti, qualis censetur civilis communicatio in humanis etiam cum excommunicato vitando, vel certe, cessante eo periculo, cum cesset finis saltem praecipuus prohibitionis, videtur cessare & prohiberi juxta supra dicta §. 7. num. 38. Vtraque sententia sua probabilitate non caret.

9. Præter famulatum, officia publica, & delationem armorum, quæ modò num. 7. insinuavimus, & alia quæ universè in superioribus de Paganis dicta sunt unum duntaxat, de quo olim interrogatus suum, hic explicandum occurrit.

10. Erat Turca Mefanæ ita suæ ſuperſtitionis non bibendi vinum tenax, ut illud, propinante Domino, omnino reſpuerit, reſtans vinum ebibere eſſe adverſus ſuam legem; atque adeo grave peccatum contra Deum. Quæſivit Dominus, an vinum ipſe nihilominus propinare licet poſſet, & ad illud ebibendum invitare? Reſpondi ex objecto certè peccatum non eſſe, vinum bibere, at nunc eſſe peccatum ex conſcienciâ erronea illius mancipij? Nam ſicuti, ſi Chriſtianus putans eſſe mortale, vinum extra comestionem bibere in die jejunii, ſi bibat, peccat conſciencia erronea, quia conſciencia eſt proxima regula operationis in omnibus, ita in Turca, &c. Poterit igitur Dominus docere mancipium de ſuo errore, quo à Turca depoſito jam licebit ei vinum propinare. At difficultas erat, quòd Turca doctenti Domino nulla ratione acquieſcebat, & interim vini ſuavitæ pellectus, bibere cum prædicta conſciencia erronea ſubinde non recuſabat. Hoc igitur eſt, quod quæritur, an ſcilicet poterit tunc Dominus ad bibendum excitare? Dixi non poſuiſſe, quia verè cooperatus eſſet cum alterius peccato, perinde ac ſi illi Chriſtiano, eo errore non depoſito, potum vini contra diem jejunii perſuaſiſſet. Scio quendam poſuiſſe hanc doctrinam nimis ſcrupuloſam, ſed certè immerito, cum non appareat, unde Dominus id ſine ulla cauſa præſtans poſſit à peccato cooperationis excuſari.

1. **Q**uamvis naturale præceptum sit, ut indoctus de fidei dogmatibus non disputet; esse enim periculum se fallendi; decipiendique simplices, si forte audirent; unde & peccatum mortale ex genere suo committeret.

6. Iure Ecclesiastico interdicitur communicatio Christianorum cum Iudeis, & speciatim quidem prohibetur undecim actiones, nimirum cum Iudeis habere, eorum azimis vesci, Iudeis Medicari, uti, ab eisdem medicamenta accipere, cum ipsis simul se in balneo lavare, eos invitare, vel ad eorum convivia accedere, esse obstrictos, aut nurrices ipsorum, in eorum domibus iisdem familiaris, iisdem legata in Testamentis relinquere, eorumdem esse mancipium, iisdem publica officia committere: ita toto titulo de Iudeis, & c. Nullus, cap. omnes, 284. alique textu reducti à Causo Pal. tom. 1. tr. 4. d. 2. p. 9. num. 6. & Sanc Bonac. Coninch. ibid. cit.

7. He autem speciales prohibitiones solum sunt de
Iudeis, non verò generaliter de omnibus infidelibus:
quia textus de Iudeis dumtaxat loquitur: Ita Castro
Palibid. num. 8. contra Sanch. & Suarium *ibid. cit.* Dux
nihilominus actiones ad alios extenduntur. Prima est

mitteret, cum in rem gravem imprudenter ingereret; tamen adest etiam præceptum Ecclesiasticum his verbis latum, c. *Quicumque*, §. *inhibemus*, de hæresi in 6. *Inhibemus quoque, ne cuiquam laica persona liceat publice, et privatim de fide Catholica disputare; qui vero contrafecerit excommunicationis laqueo innodetur.*

2. Circa præceptum naturale nota, ad illud teneri sive Clericum, sive Laicum, sive indoctus sit, sive doctus: insuper tunc fieri contra illud præceptum, quando adest dictum periculum, & juxta gravitatem periculi, erit & culpa.

3. Circa præceptum Ecclesiasticum, Nota primò illud (laica persona:) Non ergo Clericus, etiam primæ tonsuræ tantum, tenetur hoc præcepto, qui, si indoctus fuerit, solum tenebitur præcepto naturali. Scio Glossam in dict. c. sic habere: *Forè intellexerunt de Laico ad modum plurimariorum, qui illiteratos Laicos vocant, & literatos Clericos* 88. distinction. 6. Inutile. Quid enim, est dicere: quod ruralis Clericus disputando de fide, non incidat in hanc penam. & Doctor Decretorum laicus incidat? Scio, inquam sed non acquiesco, quia verba sunt explicanda juxta communem sensum, non verò Provincie particularis, legesque feruntur de iis, quæ communiter accidunt; accidit autem communiter, quod Clerici sint docti. Ego igitur ex alio capite excuso laicum doctum disputantem, ex eo nimirum, quod probabilis est illa sententia, quæ docet cessante sine legis in uno particulari, cessare & legem pro illo, at disputante docto, cessat periculum errandi. Ita Sanchez lib. 2. in Dec. c. 6. num. 4. licet oppositum deat probabilius. Immo quando hæreticus sollicitat Catholicum, teneri doctum Laicum illum confutare disputando, injuriamque ab Ecclesia repellere, fatetur cum Aragonio idem Sanchez ibid. num. 7.

4. Nota secundò illud (disputare) Nam quia disputare significat illam altercationem, quæ proponendo, & solvendo argumentum, ad aliquid persuadendum, suscipitur, quæque vocatur disputatio formalis, idè non veratur ea disputatio de rebus fidei, quæ solum sit exercendi ingenij causa, vocaturque disputatio materialis, ut passim fit in Scholis.

5. Nota terciò illud (innodetur) nam, quia est futuri temporis, significat excommunicationem ferendam, non latam. Hæc Communiter. Caterum.

6. Dico primò, hunc Canonem vix esse in usu in locis, ubi hæretici grassantur: hanc enim prohibitionem esse ibi consuetudine abrogatam, innuit Valent. 2. d. 1. quæst. 10. p. 4. post. 2. conclus. ubi verò hæretici non adfunt, cum raro occurrat casus persuadendi argumentis fidem, raro contra illam posse peccati.

7. Dico secundò, etiam si Canon hic ubique urget, probabile esse non obligare sub mortali. Ratio est, quia probabile diximus in opus. de exp. Sac. Missæ, lib. 3. cap. 1. §. 8. ex Castro Palao, 1. ut. 3. de leg. d. 1. p. 14. a n. 3. alios citante, & Valentia p. 2. d. 7. q. 3. p. 6. v. *Quorum signum*, penam excommunicationis ferendæ, (et hæc est) impositam in lege non esse signum obligationis sub mortali.

XII. De Præcepto Ecclesiastico emittendi professionem Fidei.

Quoad Beneficiatos.

1. **T**Ria circa hoc, quoad Beneficiatos, Decreta inveniuntur, primam est Tridentini sess. 14. c. 12. de reformatione. Ut provisi de Beneficiis curatis emittant fidei professionem in manibus Episcopi, vel eo impedito (probabiliter sufficit, si is adhuc non impeditus, alij vices suas demandet,) in manibus Vicarij, idque intra bimestre adeptæ possessionis Beneficij: Vtque provisi de Canonicis, & Dignitatibus, in Cathedrali, idem faciant, non solum coram Episcopo, sed etiam in Capitulo: secus non faciant fructus suos, nec illis possessio suffragetur.

Huc reducit & aliud Decretum ejusdem Concilij Trid. sess. 25. cap. 2. de reformatione, ut promovendi in Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos idem faciant in prima Synodo Provinciali, cui interfuerint: Huic etiam facit decretum Gregor. XVI. Onus Apostolica servitus, apud Vgol. de pot. Episcop. cap. 1. §. 3. per quod absolute obligantur omnes Episcopi hanc professionem facere.

2. Vbi nota primò, non comprehendi in hoc Decreto Parochos non Beneficiatos, nec Canonicos in Collegiatis, ita Sanchez lib. 2. in dec. cap. 5. n. 1. Quia Decretum ait: *Provisti de Beneficiis, & provisti de Canonicis in Cathedrali*. De eo proviso, qui per aliam occasionem fidei professionem emisit, vide mox, num. 6.

3. Nota secundò, licet aliqui doceant cum, qui intra bimestre modo dicto fidem non proficitur, perdere in conscientia fructus beneficij, nulla expectata sententia Iudicis, ita Azor. p. 2. lib. 7. cap. 2. q. 1. est tamen probabile posse expectare sententiam, quare non esse obligandum ante illam reddere fructus. Ita Sanchez ibid. n. 10. Ratio est, quia in pœnis est benignior interpretatio faciendæ, & sit, cum lex dicit: *Fructus ne faciat suos*, intelligenda est, ne faciat post sententiam. Adde, cum lex vult statim, commissa culpa, fructus esse restituendos, solere explicare, ut fecit Conc. Trid. sess. 25. c. 1. de reformatione, quando obligavit non residentes: & Pius V. quando obligavit non recitantes officium ad dictos fructus beneficij restituendos.

4. Nota terciò, Cum hoc Decretum contineat penam restituendi fructus, atque adeo sit lex pœnalis, non est improbabile obligare solum ad illam, & non (ut putat Sanchez ibid. num. 1. & Bonac. d. 1. de fide, quæst. 2. p. 3. num. 14. & 15.) ad peccatum mortale. Ratio est, quia diximus in nostro opus. de exp. Sac. lib. 3. cap. 1. §. 8. legem pœnalem ad nil ampliù, nisi ad penam obstringere transgressorem. An satis si profiteri per procuratorem, vide Castro Palao mox citand. num. 10.

Quoad Praelatos Regulares.

5. Secundum Decretum est Pij V. Injunctum nobis, qui prædictam Concilij Constitutionem extendit ad omnes Praelatos Regulares etiam Militarium, ut nimirum intra bimestre à possessione suæ Prælatuæ fidei professionem emittant.

6. Vbi nota primò isti multis locis, hoc usu receptum non esse, quare ibi non obligare rectè monet Sanchez ibid. num. 3. Sorbus apud Cast. tom. 1. tract. 4. d. 5. p. 19. num. 3. ait nullibi esse receptum. Adde pro locis, ubi fortasse servatur, satis esse, si semel per aliam occasionem emisit quædam professionem, quia sic menti legislatoris factum est satis, propter eandem rationem probabile est, si facta professione, Canonicus ad aliam Ecclesiam transferatur, non teneri ex necessitate iterum profiteri, ita Sanch. ibid. num. 6. licet Azor. ibid. cit. neget, negetque Cast. num. 7. trahens ad se Sanchez, sed immeritò. Quod si adest declaratio Cardinalium in contrarium, de ea non constat authenticè. Idem puto, ut affirmat Garz. de Benef. p. 4. cap. 4. num. 17. & 38. cum Sanchez loc. cit. de Magistro artis liberalis, de quo mox dicam, idemque de iis, qui primò Beneficium curatum admittunt, si per aliam occasionem, professi sunt: iidem enim, quoad substantiam præcepto satisfecerunt.

7. Nota secundò hoc Decretum probabiliter non obligare sub mortali. Ratio est quia à Pio V. extenditur ad Regulares illud idem Decretum, quod Tridentinum dederat de Beneficiis Curatis; ergo si illud probabiliter non obligat ad mortale, ut num. 4. vidimus, durum esset, dicere hoc obligare.

Quoad Professores artium liberalium.

8. Tertium Decretum est Pij V. In sacrosanct. qui ad eandem fidei professionem decrevit teneri omnes Doctores, Magistros, Regentes, & alios Professores artium, utiqua

tuis meritis salvari, peccas insuper peccato contra fidem, speciatim, ut ex se patet, confitendum.

§. I. De Tentatione Dei.

Tentatio Dei quædam præsumptio: Qui enim Deum temerè tentat, de Deo non sperat, sicut oportet. Confistit ejus qualitas, quæ posset vocari voluntas de experientia Dei, indebita, & temeraria investigatione divini beneplaciti, vel divinorum attributorum per media incongrua, & aliena ab ejus providentia: ita Calisto Pal. 3. d. 2. de tentat. Dei. p. 1. n. 5. fin. Si ejusmodi investigatio fiat ex dubia fide, quam quis habeat divinorum perfectionum, addetur species peccati hæresis, si ex mera curiositate, vel temeritate, erit simplex Dei tentatio: quæ duplex est; Explicita, & implicita seu interpretativa? ita S. Th. c. 2. q. 97. art. 1. & passim.

1. Explicitè Deum quis tentat, quando vel à Deo petit miracula, seu extraordinarium quemlibet providentia modum, vel exponit se gravi periculo, v. g. mortis ut exploret potentiam, vel amorem, vel simile attributum Dei, qui ipsum per miraculum liberet, Implicitè, seu interpretativè tentat, quando hæc, vel similia expectat sine actuali animo explorandi, res ipsa tamen petit, vel facit aliquid, quod ex se miraculum poscit. Vtrumque est peccatum, sive contra Religionem, sive contra spem, nisi obiter indeliberatè, vel nisi peculiaris Spiritus sancti instinctus urgeat, ad quem cognoscendum magna debet intervenire, ejusdem Spiritus directio, ne Angelus Satanæ transigret se in Angelum lucis: ita Bonac. in primū Dec. præcept. d. 3. q. 9. artic. 2.

2. Expressa Dei tentatio facilius, quàm implicita est mortalis, quia in ipsa semper adest temeritas, quæ petitur experientia de Deo: si tamen fiat ex curiositate, atque in re levi, putò cum Tol. lib. 4. c. 19. n. 7. posse esse veniale. Contra, interpretativa potest facilius esse venialis ex parvitate materie, ut accidere solet in homine docto, si velit prædicare sine prævia meditatione, vel in homine pio, si in levi morbo nollit uti medicinis, sperando vanè salutem à Deo, sed non perito miraculo. At se offerat temerè martyrio, vel per longum tempus se omni cibo abstinere sub prædicta spe grave quid est mea sententia.

3. Sperare in Deo principaliter, & minus principaliter in sua, vel creaturarum opera, non est præsumptio, nec Dei tentatio, cum ipse Deus eam operam, in nõa velit, & jubeat ita Azor. p. 1. lib. 9. cap. 2. q. 7.

Caput III.

De Charitate erga Deum.

§. I. Quid sit Charitas, & quæ sint peccata contra ipsam?

Charitas Dei (nam de charitate erga proximum suo loco) est virtus supernaturalis, quæ Deum super omnia appetitivè diligamus. Dico (appetitivè) quod aliàs dici potest, toto corde, & tota anima, hoc est, ita ut Deus vero animo magis æstimetur, quam æstimentur cætera, esto cætera aliquando intensius, seu tenerius diligantur. Sic homo intensius nonnunquam amat pecuniam, quàm filium; at certè nequaquam magis appetitivè: quia in concursu jacturæ filij, vel pecuniæ, pecunia negligetur, non filius. Debemus igitur Deo amorem appetitativum, quia omnis recta ratio dicat, ut summum bonum, à quo omnia bona nobis fluunt, summo, ac perfectissimo amore tanquam ultimum nostrum finem amemus, perfectiorem autem esse amorem appetitativum, quàm quemcunque alium, per se notum est.

2. Contra charitatem Dei dupliciter peccatur. Primò, per omissionem contra præceptum affirmativum.

etque liberalium, atque atque adeo Sanch. loc. cit. num. 4. Grammaticæ, Rhetoricæ, Musicæ, Arithmeticæ, &c. sive ij Magistri, Laici sit, sive Clerici; sive publicè, sive privatim doceant. Addeque excommunicationem, sive privationemque beneficiorum, ac Dignitatum, & inhabilitatis ad alia obtinenda, contra quoscunque promovere eos, qui fidei ejusmodi professionem non emittunt.

9. Vbi nota primò alieni hoc Decretum in usu non esse, ac propterea non obligare, & in locis ubi viget, fuisse esse semel aliàs modò n. 6.

10. Nota secundò excommunicationem lata sententia, aliàsque pœnas, atque adeo peccatum mortale, quod ex dicto Pij V. Decreto colligitur fulminari folum in promovere, non in pronotare, ut patet ex ipsa mente Decreti, Promoti ergo tantum obligabuntur ex vi præcepti intimati per illud (teneantur) quod certè verbum in materia gravi obligari sub mortali cum communi sententia diximus in nostro opusculo, de ex. Sanch. lib. 3. cap. 1. §. 8. At ex alio capite promotus excusatur à mortali, quia nimirum, quod vir Catholicus suscipiat munus sine tali externa professione, nisi non apparet res gravis; dum enim ipse nullum periculum habet recedendi à fide, non videtur grave, relinquere illam externam actionem. Non sic putandum de promoven- tibus, qui cum sint Ministri publici debent attendere ad executionem Decreti tam utilis ad fidei puritatem conservandam.

Caput II.

De Spe.

§. I. Quid sit Spes, & de peccatis contra ipsam?

Spes, virtus Theologica, est expectatio certa beatitudinis ex Dei gratia, & nostris meritis ipsi gratie cooperantibus. Ita Mayll. in 3. distinctione 26. Duo sunt peccata commissionis contra ipsam. Alterum per excessum, vocaturque præsumptio: Alterum per defectum, appellaturque desperatio: utrumque est ex peccatis contra Spiritum Sanctum: ita S. Thom. 2. 2. q. 84. art. 2.

1. Dixi (commissionis) nam adest etiam contra ipsam peccatum omissionis, estque omisio sperandi dictam beatitudinem eo tempore, quo urget necessitas, illam sperandi. Id quod quando, sit, & potest ex dictis sap. 4. cap. 2. §. 1. & num. 8. de necessitate actus fidei, cum tamen iidem casibus, in quibus urget actus credendendi, urgeat regulariter & sperandi, nimirum per accideret & indirectè, numquam verò directè & per se: ita Lafman lib. 1. tr. 2. cap. 2. n. 1. Sanch. in dec. lib. 2. cap. 3. n. 3. Lege Calisto P. tom. 1. tr. 5. de veritate spei, p. 4.

2. Præsumptio igitur committitur, cum quis confidit ex se ipso, vel ex naturæ viribus consecuturum, sive gratiam, sive virtutes supernaturales, sive gloriam; vel confidit quidem consecuturum ex Dei auxilio, sed sine sui cooperatione; ita idem.

3. Desperatio est, cum quis desperans se gratiam, vel gloriam consecuturum, suam cooperationem adhibere non curat. Nota in nostris regionibus rusticos confiteri solitos se in desperationem incidisse: at non intelligunt de peccato spei Theologicæ contrario, sed de quodam ita, seu impatientiæ impetu cum blasphemis non semel admisso, vel quid simile, quod ipsi, patris sermone, desperationem appellant.

4. Duo nota. Primò, in prædictis peccatis contra spem non adest materie parvitas, ut ex supradictis lib. 1. cap. 1. §. 3. constat. Secundò, si solum præsumas, vel desperes, peccas contra spem: at si addas errorem in intellectu, affirmando, v. g. te ad ultimum posse sine